# THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

## Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

## Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

## License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

## Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Josine Schrickx, General Editor and Project
Leader Munich, June 2025

version 1 (23rd June 2025)

tur. *seq. alia persona*: VET. LAT. Tim. I 4, 12 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) -o tuam adulescentiam contemnat, sed figura esto fidelibus (*gr. μηδείς*). HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 46, 13 -o vestrum formidet …, sed sequimini … Iesum. Ⓑ *post* sed *pronomen sim. ponitur*: CIC. inv. 2, 6 ut -o illorum praecepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes … ad hunc … revertantur **(**SEN. contr. 1, 2, 1 '-o … mihi virginitatem eripuit'; sed o. quasi erepturi venerunt, sed o. quasi eripuissent recesserunt. PETRON. 44, 17 -o … caelum caelum putat, -o ieiunium servat, -o Iovem pili facit, sed o. opertis oculis bona sua computant. VET. LAT. II Tim. 4, 16 [cod. 75, *sim. al. et* VVLG.] -o adfuit mihi, sed o. me dereliquerunt [*gr. οὐδείς*]. *al.***)**. CYPR. epist. 64, 2, 1 -o consensit, sed universi potius iudicavimus *eqs.* (HIST. AVG. Pesc. 10, 3 iussit vinum in expeditione -em bibere, sed aceto u. esse contentos). PEREGR. Aeth. 28, 4 -o … exigit, quantum debeat facere, sed unusquisque, ut potest, id facit (COD. Theod. 1, 9, 1 ad ducenam … -o suffragio, sed per laborem u. perveniat. 12, 1, 111. *al.*). *al.*

(II) -que, ac, et: CAES. civ. 3, 93, 6 ut eorum -o consisteret omnesque conversi … loco excederent. HOR. sat. 1, 1, 108 -on, ut avarus, se probet ac potius laudet diversa sequentis? (*sic codd. plerique, def. e. g. Rudd, The satires of Horace, 1966, 274 sq.*; qui -o, ne non *var. ll.*, -o est *Shackleton Bailey, alii alia*). LIV. 44, 38, 5 *id* -em vestrum nec ante ignorasse, et hesterno die explicatam intuentes aciem animadvertisse certum habeo. SEN. benef. 6, 41, 1 -o … libenter reddit, quod invitus debet, et, quod apud se esse non vult, onus iudicat esse.

(III) at, autem, tamen: LVCR. 4, 610 cernere -o saepe supra potis est, at voces accipere extra. SEN. epist. 83, 9 ebrio secretum sermonem -o committit, viro autem bono committit. *ibid. iterum. in enunt., quod coniunctio inducit, pron. sim. ponitur*: VARRO ling. 8 frg. Gell. 2, 25, 9 'sentior' … -o dicit …, 'adsentior' tamen fere omnes dicunt. APVL. flor. 17, 3 cupere -o nisi vere [putem] potest, potest autem quivis falso gloriari. AVG. c. acad. 1, 5, 14 -o sapiens miser; omnis autem homo aut miser aut beatus. *al.*

(IV) aut: CIC. Balb. 27 *p. 508, 56.* Att. 14, 20, 3 ducem … aut -o sequetur aut ii sequentur, qui facile vincantur.

**β** *asyndeton adversativum* (*specimina pauca*): Ⓘ *seq. pron. sim.*: PLAVT. Cist. 783 -o exibit, omnes intus conficient negotium (CIC. Cluent. 41 -o *illum* convivio dignum iudicabat; o. aspernabantur. Sest. 111 te -o tuorum videre vult, o. … congressum tuum fugiunt. *al.; cf. l. 5 sqq. 17. 29. 31*). Rud. 980 quom … pisces prolati sient, -o emat: suam quisque partem piscium poscant (*Priscianus,* poscat *codd.*) sibi. AVG. serm. 32, 6 verba numerare -o potest; litteras quivis potest.

(II) *seq. verbum tantum*: Ⓐ *plur.*: ENN. scaen. 244 quod est ante pedes, -o spectat, caeli scrutantur plagas. CIC. Planc. 44 respuerent aures, -o agnosceret, ⌞repudiarent⌟ (-retur, audiretur *var. ll., del. Wunder*). Tusc. 1, 30 -o … maeret suo incommodo: dolent fortasse et anguntur. LIV. 26, 2, 10 ut -o eorum *servorum* generis … sui memor in acie esset, ⌞praesidio⌟ (⟨ut⟩ p. *Walsh*) sociis, hostibus terrori essent. SEN. contr. exc. 4, 1, 3 -o sibi ipse finem flendi facit; pudet illos desinere, cogi volunt. SEN. dial. 10, 8, 2 congiaria homines carissime accipiunt …; -o aestimat tempus; utuntur illo laxius quasi gratuito. *al.* Ⓑ *sing.*: HOR. sat. 1, 1, 1 qui fit …, ut -o … illa *sorte sua* contentus vivat, laudet diversa sequentis? SEN. benef. 1, 14, 3. dial. 10, 15, 1 *p. 516, 32.* epist. 123, 3 quidquid vult habere -o potest, illud potest, nolle, quod non habet. TAC. hist. 2, 52, 2 -o privatim expedito consilio, inter multos societate culpae tutior. *al.*

**2** *exponitur expresse aliquid, quod iam negatio per -o expressa continet*: **a** *respicitur homo, de quo negatio fit*: **α** neque (nec) … neque (nec): PLAVT. Most. 451 natus -o in aedibus servat, n. qui recludat n. [quis] respondeat (*item c. pron. relat.*: TER. Ad. 291 -em habeo, … nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Aeschinum). TER. Eun. 147 habeo hic -em n. amicum n. cognatum. CIC. S. Rosc. 22 qui -em n. servum n. libertum improbum habeat. nat. deor. 1, 121 *p. 507, 14. al.* LIV. 9, 1, 7 -em n. populum n. privatum fugio. VELL. 2, 37, 4 praefatus -em alium n. Romanum n. ullius gentis virum futurum fuisse *eqs.* SEN. epist. 108, 33 ait … Ennius (*v. p. 509, 25*) -em potuisse Scipioni n. civem n. hostem reddere operae pretium. IREN. 2, 28, 6 prolationem istam … -o novit, ⌞non Valentinus, non Marcion⌟, n. Saturninus, n. Basilides, n. angeli, n. archangeli, n. principes, n. potestates, nisi solus *deus* (⌞ ⌟ *ad p. 514, 9*). COD. Iust. 7, 33, 12, $3^b$ -o posthac dubitet n. inter praesentes n. inter absentes *eqs. al.* **β** aut … aut (vel … vel *l. 74*): CIC. Quinct. 49 non -o aut ignominia affectus aut iudicio turpi convictus bonis … suis utitur. CAES. civ. 3, 61, 2 -o aut miles aut eques a Caesare ad Pompeium transierat. BELL. Alex. 53, 5 -o … aut in provincia natus … aut diuturnitate iam factus provincialis … non … consenserat. EDICT. Theodor. 34 -o aut Romanus aut barbarus rem petat alienam. COD. Iust. 1, 3, 53, 4 -e vel iudice vel alia quacumque persona hoc audente contemnere. **γ** ne … quidem: CIC. Sull. 6 -o, ne hic q. Q. Hortensius. dom. 105 -em, ne illum q., qui caecus est factus. Pis. 55 dico venisse paene -em, ne de officiosissima q. natione candidatorum. *al.* LIV. 3, 6, 7 cum obvius -o ne inermis q. fieret. SEN. dial. 1, 4, 3 -o sciet quid potueris, ne tu q. ipse. *al.* **δ** non … non: TERT. praescr. 26, 6 *apostoli* -em … verebantur, non Iudaeorum vim, non ethnicorum (*nisi enunt. expanditur per* non, *ut fort.* virg. vel. 1, 1 veritatem, cui -o praescribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum). IREN. 2, 28, 6 *p. 513, 66.* ANTH. 412, 3 -o tuos fugiet, non vir non femina, dentes. AMBR. obit. Valent. 48. *al.*

**b** *cetera exempla*: **α** neque … neque: CIC. Verr. II 1, 16 -i meus adventus labori aut sumptui n. publice n. privatim fuit. *al.* NEP. Att. 6, 3 -em n. suo nomine n. subscribens accusavit. LIV. 38, 50, 11 *constabat* -em unquam n. melius n. verius laudatum esse. ASCON. Mil. p. 33, 21 Pompeium respondisse -i se n. petendi n. desistendi auctorem esse. *al.* **β** non … non: CIC. Balb. 58 -em umquam alterius rationis ac partis non re, non verbo, non vultu denique offendit. LIV. 3, 11, 6 ut -o non lingua, non manu promptior in civitate haberetur.

**E** *de negationibus duplicatis*: **1** *negatio abundat; accedit*: **a** *particula vel pron. negativum*: non: PLAVT. Mil. 1411 iura te ⌞non⌟ nociturum esse homini de hac re -i (⌞ ⌟ *om. A*). ENN. scaen. 139 lapideo sunt corde multi, quos non miseret -is. VET. LAT. IV Esdr. 3, 31 *l. 43.* CE 112, 4 (*saec. II?*) post tantos sumptus non fruitus -e funeravit natos. TAB. devot. Audollent 252, 38 (*Carthagine; saec. II/III*) *νον λιγετ νημινεμ.* OPTAT. 1, 8, 2 -o ⌞non est, qui⌟ non habeat carnem (⌞ ⌟ *om. cod. ant.*). app. 1 p. 195, 32 non vidi accipere -em. HIER. tract. in psalm. I p. 207 l. 181 ex ista civitate, nisi dominus, victor non exiit -o alter. *al.* nec, neque (*cf. explic. antiquas p. 511, 72 sqq.*): PLAVT. Vid. 81 egentiorem ⟨…⟩ -em neque (*Studemund*; atque *cod.,* aeque *Lindsay*) esse cred⟨o neque fuisse⟩ neque f⟨o⟩re **(***item* neque [nec] … neque [nec]: CIC. Quinct. 88 qua ratione ex tot creditoribus -o nec tum idem fecerit neque nunc contra dicat omnesque pro P. Quinctio pugnent. *al.* ALF. dig. 28, 5, 45 respondit -em ex alterius facto hereditati n. alligari n. exheredari posse. *al.; aliter, sc. negatione plenius exposita, l. 11 sqq. p. 513, 56 sqq.***)**. FLOR. epit. 2, 15, 14 qua -o illos nec evadere posse credebat. VET. LAT. Is. 63, 3 (Tert. adv. Marc. 4, 25, 11 [10]) nec de nationibus … -o (*gr. οὐκ, Vulg.* non est vir; *fort. elliptice*). COD. Iust. 3, 37, 1, 1 (*a. 213*) ut post litis contestationem -o nec (*om. pars codd.*) partem suam … alienare possit. TAB. devot. Audollent 221, 7 (*Carthagine; saec. II/III*) nec (sic *dub. Kropp*) -o potes⟨t⟩ ilos (*i. illoc?*) venire. VEN. FORT. carm. 6, 8, 26 si -o foris, -o nec intus erat. 9, 2, 64 ibimus hinc omnes, -o nec inde redit. nihil: LVCIL. 551 proprium … nil -em habere. PETRON. 42, 7 -em n. boni facere oportet. 76, 3 -i … n. satis est. VET. LAT. IV Esdr. 3, 31 non significasti n. -i (memini *var. l.*), quomodo debeat derelinqui via haec. VLP. dig. 39, 2, 24 pr. -e n. faciente. OPTAT. app. 1 p. 195, 2 pauperes non acceperunt? dixerunt: '-o n. accepit' (*sim.* p. 196, 28. 37.). nullus: CIC. Verr. II 2, 60 debebat Epicrates nummum ⌞nullum⌟ -i (⌞ ⌟ *om. cod. vet.*). Q. CIC. pet. 20 quem ad modum -i (memini *var. l.*) illorum molestus nulla (ulla *Muretus*) in re umquam fuisti. ne: TIB. 3, 13, 8 ne legat id -o (venio *codd. meliores*) quam meus ante velim. QVEROL. p. 12, 24 ne credideris -i. numquam: SCAVR. gramm. VII 25, 11 -o … n. (um- *edd. plerique*) tam insulse per u artubus dixerit. VET. LAT. IV Esdr. 7, 105 n. -o pro aliquo rogabit. CARM. inscr. Tun. Merlin 1107, 3 (*saec. II/III*) pue⟨r⟩ disciplina -i n. inrever(e)ns. CHIRON 451 quam *causam* n. -o scripsit. SYMPH. 94, 2 quod n. -o negavit. **b** *verbum negativum*: VARRO frg. Non. p. 532, 12 quod a rege munera eorum noluerit -o accipere (*Non. ad l.* negativas duas pro negativa una accipiendas Varro monstravit). VET. LAT. II par. 18, 30 (cod. 109) nolite debellare -em nisi regem Israhel tantum (*gr., Vulg. aliter*).

**2** *negatio per alteram tollitur*: **a** *usu vario*: **α** *exempla varia selecta*: TER. Hec. 67 -o illorum quisquam … ad te venit, quin ita paret sese, abs te ut … suam voluptatem expleat **(**CIC. Verr. II 4, 7 -o Messanam cum imperio venit, q. viderit *signa quaedam.* Vatin. 39 si -o aspicit, q. ingemescat, -o mentionem facit, quin exsecretur. fin. 5, 49 [vers.] -o haec umquam est transvectus caerula cursu, q. prius adstiterit [*vertit Hom. μ 186 οὐ … πώ τις*]. *al.; cf. p. 505, 67 sq. 69. 511, 55 sqq.***)**. GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 2 -em nostrum invenietis sine pretio huc prodire (CIC. S. Rosc. 84 ut ad maleficium -o conetur s. spe atque emolumento accedere. *al.* CAES. Gall. 1, 36, 6 -em secum s. sua pernicie contendisse. *al.*). NOVIVS Atell. 20 puerum mulieri praestare ⌞-o ⟨ne⟩scit⌟ **(**[*Bothe,* noenu scis *Ribbeck*]. CIC. Verr. II 3, 63 OV. trist. 1, 1, 112 Pont. 1, 7, 40. *al.***)**. CIC. Q. Rosc. 18 quod -o nisi aut honestissimo aut amicissimo facere consuevit (dom. 59 quem … -o n. lacrimantem … vidit. *al.* VARRO ling. 9, 47. rust. 1, 62 -o fructus condit, n. ut promat. *al.; cf. p. 506, 13 sqq.*). Verr. II 1, 1 -em vestrum ignorare arbitror, iudices, *eqs.* (2, 111 Cluent. 46. *al.* LIV. 22, 59, 1 PLIN. nat. 25, 113. *al.*). dom. 77 ut civis Romanus

*[Sx.]*

libertatem -o possit invitus amittere (78 Pis. 94. *al.*). Brut. 214 -o in aliqua parte earum omnino nihil poterat. VARRO rust. 2, 1, 5 de subus -i ignotum, nisi qui apros non putat sues vocari (BELL. Alex. 71, 1). SALL. Catil. 34, 1 ut -o umquam ab eo frustra auxilium petiverit (PRVD. perist. 1, 13 PS. AVG. quaest. test. 111, 11). *al.* **β** *iunctura* -o (...) non (*cf. supra p. 510, 25sqq. 511, 29sqq.*): CIC. Planc. 22 -o Arpinas non Plancio studuit, -o Soranus, -o Casinas, -o Aquinas (*item interponuntur aliquot verba*: Mil. 50 -o ei neganti non credidisset. Phil. 9, 4 -o virtutem non honorabat. *al.* VARRO rust. 1, 4, 2 BELL. Alex. 53, 5. *al.*). Lael. 99 aperte ... adulantem -o non videt, nisi qui *eqs.* CAES. Gall. 7, 56, 2 ut ⌊-o ⟨non⟩ tunc⌋ quidem necessario faciendum existimabat (⟨non⟩ -o *Meusel,* ⌊ ⌋ ne metu *var. l.*). NEP. Att. 10, 1 -o non magno in periculo Atticum putarat. PROP. 2, 19, 32 absenti, *sc. mihi,* -o non (iam, ne *var. ll.*) nocuisse velit (*sunt qui ad 1 trahant*). SEN. contr. 10, 4, 4 -o non nostrum *eqs. al.* SEN. Phoen. 152 eripere vitam -o non homini potest. *al.*

**b** *iunctura* non -o (*scribitur* nonnemo *in edd. quibusdam; passim per figuram q. d. litotes complures homines indicantur, sed hic illic fort. re vera de singulo cogitatur, e. g. l. 23sqq.*): RHET. Her. 2, 20, 33 cum n. -o devenerit in amorem uno aspectu *eqs.* 4, 33, 45 in Italia ... n. -o sensit idem togatus (*postea*: plures ... togati). CIC. Quinct. 49 *p. 513, 70.* Verr. II 2, 15 quod fortasse ⌊n. -o⌋ (-o *var. l.*) vestrum audierit *eqs.* 2, 39 non istum, ut n. -em, provincia corrupit. Caecin. 79 conveni[t] ego ex isto genere consultorum n. -em, ut opinor, istum ipsum, quo vos auctore rem istam agere ... vos dicitis (*loco obscuro et fort. gravius corrupto; sunt qui c. acumine putent* n. -em *i. q. hominem gravem significare, e. g. Manthe, Gnomon 56, 1984, 143, qui affert etiam p. 509, 36. l. 27, sed haec notio non invenitur*). Catil. 4, 10 video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse n. -em (*explicat* SCHOL. Cic. Gron. D p. 289, 19 Quintum Metellum dicit). Mur. 84 n. -o etiam in illo sacrario rei publicae, in ipsa, inquam, curia n. -o hostis est. Sest. 45 quod forsitan n. -o vir fortis ... dixerit. *al.* VARRO rust. 2, 11, 7 tonsas *oves* recentes ... perungunt vino et oleo, n. -o admixta cera alba. BELL. Afr. 3, 4. NEP. Dat. 3, 3 fuit n. -o, qui agnosceret Thuyn. PLIN. nat. 14, 51 cucurrit ... n. -o (-o n. *Gronovius*) ad spectandas uvarum in iis vineis strues. 19, 133 adpositas *betas* n. -i (memini *var. l.*) degustare etiam religio est. PLIN. epist. 10, 96, 6 HYG. astr. 4, 1, 2.

**F** *de congruentia numerorum*: **1** *in enuntiato, quod sequitur: passim tertia persona sing. ponitur* (*sed aberrantia ab usu solito v. p. 507, 56sq. 512, 9sqq. 71sqq. 513, 42sqq.*). **2** *in eodem enunt. ponitur: tertia persona sing.: passim.* *plur.* (*addere possis var. l.* PORPH. Hor. sat. 1, 4, 21): CALP. hist. 27 hi *adulescentes* contemnentes eum assurgere ei -o voluit (*item in appositione*: VARRO rust. 2, 4, 2 proavos ac superiores de Tremeliis -o appellatus Scrofa). LIV. 24, 20, 14 cum eorum -o, qui ad lacum Averni se adissent, aut ipsi venirent aut nuntium ... mitterent. VELL. 1, 16, 5 adeo ... artatum angustiis temporum, ut -o memoria dignus alter ab altero videri nequiverint (-verit *Aldus*). APVL. met. 4, 29, 3 Paphon -o, Cnidon -o ac ne ipsa quidem Cythera ... navigabant. IREN. 1, 31, 1 *Sodomitas sim.* a factore impugnatos, -em ex eis ⌊male acceptos⌋ (*def. Lundström, Überlieferung, 1985, 35,* malum accepisse *Grabe*). 4, 2, 4 docuit -em oportere deliciis uti neque in saecularibus oblectamentis ... degentes *eqs.* HIST. AVG. Alex. 46, 5 ut -o nisi annum conplerent. PS. ASCON. Verr. p. 211, 13 -o solebant precari veniam veteres (non solebant *ed. Baiter,* -o solebat ... ⟨apud⟩ veteres *ed. Beraldina*). PS. ORIG. tract. 12, 36 -o alii saluti et vitae aeternae servandi sunt, nisi intra domum ecclesiae ... fuerit inventus.

**G** *de generibus enuntiati, in quibus* -o *rarius occurrit*: **1** *in iusso vel adhortatione c. coniunctivo* (*exempla selecta*): LIV. ANDR. trag. 8 *p. 505, 48.* PLAVT. Asin. 756 *p. 509, 17.* 768. ENN. frg. var. 17 *p. 512, 8.* CATO agr. 5, 3 *bis.* LVCIL. 840 -o hos ancipites ferro effringat cardines. CIC. de orat. 2, 280 adversario meo da istum patronum, deinde mihi -em dederis. Tusc. 5, 105 *p. 509, 63.* PROP. 2, 30, 25 mi -o obiciat. LIV. 5, 44, 1 -o vestrum condicionis meae oblitum me huc processisse putet. 9, 11, 4 -o quemquam deceperit. 9, 11, 13. SEN. benef. 1, 14, 1 -o haec ita interpretetur, tamquam *eqs.* 1, 14, 3. 2, 4, 3 -o illa intercipiat, -o detineat. PLIN. nat. 20, 1 -o (ne *var. l.*) id parvum ... existimaverit. *al.* **2** *in enunt. secund. finali c.* ut (*sed haud raro in enunt., quod fere pro subst. ponitur, e. g. p. 509, 30. 513, 51, persaepe in enunt. consec. q. d., e. g. p. 506, 51*): APVL. apol. 65, 6 hoc eo prohibet *Plato,* ut delubra -o audeat privatim constituere. VET. LAT. Col. 2, 4 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) hoc ... dico, ut -o vos circumveniat in subtilitate sermonis (*gr.* ἵνα μηδείς). ZENO 1, 54, 5 qui ... ideo carnem est dignatus induere, ut -o se possit per carnem ... excusare. GAVDENT. serm. praef. 28 illa ... idcirco memoravi, ut -o nostrum scandalizetur. AVG. grat. 4, 6. *al.*

**H** *de vocibus oppositis et similibus*: **1** *opp. pronomina sim.* (*exempla potiora*): aliquis: BRVT. or. frg. Quint. inst. 9, 3, 95 praestat ... -i imperare quam alicui servire. VELL. 2, 84, 1 hinc ad Antonium -o, illinc ad Caesarem cotidie a. transfugiebat. SEN. benef. 6, 8, 1 beneficium a. nesciens accipit, -o a nesciente. *al.* aliquot: CIC. Pis. 38 a. praetorio imperio, consulari quidem -o rediit. LIV. 6, 37, 9 patricios a. ..., -em plebeium. multi: RHET. Her. 4, 4, 6 *p. 510, 10.* 4, 44, 57 navi ... fracta m. incolumes evaserunt; ex naufragio patriae salvus -o potest enatare. CIC. Verr. II 1, 25 causa cognita possunt m. absolvi, incognita quidem condemnari -o potest. 1, 74 cum illum miserum m. accusarent, -o defenderet. *al.* SALL. Iug. 54, 10 *l. 18.* NEP. Thras. 1, 3 cum eum -o anteiret his virtutibus, m. nobilitate praecucurrerunt. Dat. 11, 5 ille vir, qui m. consilio, -em perfidia ceperat. CE 185 (*saec. I a. Chr.*) Fortuna spondet multa multis, praestat -i. *al.* nonnulli: CIC. de orat. 1, 94 disertos me cognosse n., eloquentem adhuc -em. TERT. adv. Marc. 1, 21, 3 n. ... de spe resurrectionis disceptabant, de deo -o. *al.* omnes: *saepius, v. supra e. g. p. 513, 5sqq. 36sqq.* pauci: CIC. div. in Caec. 41 *p. 508, 27.* Mur. 46 unum sustinere p. possunt, utrumque -o. *al.* NEP. Them. 1, 1 adeo ut anteferatur huic -o, p. pares putentur. LIV. 38, 25, 16 p. ... effugerunt; captus est -o, maior multo pars *eqs. al.* plerique: SALL. Iug. 54, 10 eorum p. inermes cadunt, multi capiuntur, -o omnium intactus profugit. COLVM. 3, 3, 4 in explorandis seminibus -o adhibet diligentiam et ideo pessimi generis p. vineta conserunt. *al.* plures: CIC. har. resp. 35 spes maior esset salutis, si praeter te -o esset impurus; p. sunt. LIV. 31, 43, 3. *al.* unus quisque: SEN. contr. 1, 6, 3 si possent homines facere sibi sortem nascendi, -o esset humilis, -o egens: u. q. felicem domum invaderet. VAL. MAX. 4, 3, 14 inveniri -o potuit, qui civili luctu praedam peteret: u. enim q. se ab his ... abstinuit. SEN. dial. 10, 3, 1 -o invenitur, qui pecuniam suam dividere velit: vitam u. q. quam multis distribuit. *al.* **2** *variat c. voce q. e.* nullus *pro subst. adhibita* (*sc. quae plerumque in casibus obliquis ponitur; v. etiam p. 512, 59sqq.*): CIC. Mur. 87 si iniuste -em laesit, si nullius auris voluntatemve violavit. SEN. benef. 6, 29, 1 ipse nulli inplacabilis sit, ipsi -o placandus. dial. 6, 20, 2 haec est, in qua -o humilitatem suam sensit; haec est, quae nulli non patuit. 10, 15, 1 horum -o annos tuos conteret, suos tibi contribuet; nullius ex his sermo periculosus erit. *al.* ASCON. Pis. p. 18, 26 ('quod antea -i') multis aetatibus ... nulli id contigisse verum est, -i vero umquam antea videamus, ne parum caute dicat. PS. QVINT. decl. 16, 7 nulli umquam, mater, plus commisit fides, -em magis obligaverunt expectationes. *al.* **3** *adhibetur* -o *in contextu minus usitato, ubi aliam vocem exspectes*: et -o (*pro* nec quisquam): *v. vol. V 2, 905, 51 sqq.* ut -o (*ubi exspectes* ne quis): *v. p. 515, 65sqq.*

*compos.*: nonnemo *v. p. 515, 16sqq.*

**nemomenus,** -a, -um, νεμόμενος. *formas corruptiores exhibet* ORIBAS. *fere i. q. latius serpens, sc. de* ulceribus (*cf. Liddell-Scott-Jones s. v.* νέμω *B2c*): ORIBAS. syn. 8, 45, 1 La p. 254 quod amplius igitur cumputriscit (cum putriscit *Fischer in plagulis*), ut etiam nemominim sit (*gr.* νεμομένων, Aa nomodis). 9, 15, 1 La p. 298 limnia sfragis iam enemomina u. intestina sanat (*gr.* νεμομένην, *Ab* cancerosas). ALEX. TRALL. 1, 110 diuturna u. et -a (*gr. II 77* νεμομένων). 1, 115 (*gr. II 89* νεμόμενα). *Sx.*

**[nemōn** GLOSS.[L] I Ansil. PA 330 sq. (med. p. 51) *falso pro* anemone, *v. Ps. Apul. herb. 53 l. 12.***]** *Spoth.*

*?***nēmonicum** *forma plebei sermonis fere tradita fort. doctius quam rectius mutata est in* mnem- *vol. VIII 1197, 7 sqq.* (*cf. Marx in ed. maiore Rhet. Her., 1894, 166 sq. et Nachmanson, Glotta 4, 1913, 245 sqq.* [*de gr.* μν]), *ita ut* nemosinum *in* mnemosynum *ibid. 13 sqq.* *Bk.*

**[nemonipsa** *v. vol. VIII 645, 53.***]**

**nemorālis,** -e. *a* nemus. *de notione cf. l. 72.* [*confunditur in codd. c.* memoralis OV. met. 14, 331 CALP. ecl. 4, 5 AVIEN. orb. terr. 936; *e coni. dub. loco corrupto* PACVV. trag. 56 Tegiae nunc -is (*Ribbeck, alii alia*; regi ut memorabis nunc *trad.*).]

*i. q. ad nemus pertinens*: **1** *de rebus*: **a** *adi.; respiciuntur*: **α** *quae in nemore sunt vel ibi oriuntur, nascuntur: varia*: OV. am. 2, 6, 57 psittacus *mortuus* has *aves* inter -i sede receptus, *sc. in nemore Elysio.* 3, 1, 5 hic ego dum spatior tectus -bus umbris. AVIEN. orb. terr. 936 vellera per silvas Seres -ia carpunt ([*gr. aliter*]. AVSON. 25, 11 [345 S.], 6 v. depectit -ia ... Ser). *spectat ad nemus sacrum* (*sc. Dianae prope Ariciam situm* [*cf. l. 72sqq. p. 517, 14sqq. 528, 12sqq.*] *praeter l. 67. 68*): OV. ars 1, 259 templum -e Dianae (STAT. Theb. 4, 288 t. ... Aleae -e Minervae). met. 3, 157 vallis ... nomine Gargaphie ... sacra Dianae, cuius in extremo est antrum -e recessu. 14, 331 stagnum -e Dianae. GRATT. 484 sacrum ad ⌊-e⌋ Dianae (*Turnebus,* nemora alta *trad.*). **β** *quae nemora habent, nemoribus plena sunt* (*pleonastice l. 75*): OV. fast. 6, 59 -is Aricia (LVCAN. 6, 75 sacrata Dianae ... -is A. [ADNOT. *ad l.* nemoribus occupata]. MART. 13, 19, 1. LVX. anth. 304, 1 extollit celsas -is A. sedes, sternit ubi famulas casta Diana feras. *cf. l. 65sqq.*). AVSON. 27, 21 (418 S.), 67 -bus abdita lucis ... echo (*nisi ad* α).

*[Stehli]*

**b** *acc. neutr.* -e *pro adv.*: CALP. ecl. 4, 5 carmina iam dudum, non quae -e resultent, volvimus (*opp.* quibus aurea possint saecula cantari).

**2** *de deabus*: CALP. ecl. 4, 147 rustica credebam -es carmina vobis concessisse deas (deos *var. l.*). STAT. Theb. 9, 627 -is Delia (*de Diana ut*: silv. 1, 3, 76 Egeriae -em abiungere Phoeben). *Stehli.*

**[nemorātōrēs:** ⌊silva strati⌋ GLOSS.[L] III Abol. NE 23 (⌊ ⌋ silbestrati [*e* silba- *corr.*] GLOSS. V 507, 54). *glossam em.* -es: silvestres *vel* silvis nati *vel* silvatici *Nettleship, Journ. Phil. 19, 1891, 190,* remorata res: sequestrata *Stowasser, Wien. Stud. 24, 1902, 207 sq., conflatam esse ex* nemora: silvas *et* toris: stratis *coni. Lindsay.***]**

※**nemorēnsis,** -e. *a* nemus (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 353*). *scribitur* -res- *l. 20 et* CIL XIV 2213, -ress- *in codd. medii aevi plerisque* SVET. Cal. 35, 3. *abbreviatur l. 18 sqq. dat. sing.* -ei *l. 21.*

*i. q. ad nemus pertinens*: **1** *respic. nemus Dianae prope Ariciam situm* **(***cf. p. 528, 12 sqq.; potius ad* Nemus *ut nomen loci spectant* PROP. 3, 22, 25 -is *lacus.* SVET. Iul. 46 villam in -i a fundamentis incohatam ... diruisse [*cf. p. 528, 22 sqq.*]. INSCR. Dessau 9421 colleg(ii) lot(orum) -ium**)**: **a** *epitheton est ipsius deae* **(***abbreviatur* n CIL XIV 4202 [*saec. I*[1]]. *al.,* nemore INSCR. Année Épigr. 1932 n. 31 [*saec. III in.*], nemores CIL III 1773 [*saec. I med.*]**)**: CIL I[2] 1480 (*Tibure*) Dianai opifer(ai) -ei. INSCR. Année Épigr. 1990 n. 125 (*Ariciae, saec. I*[1]) D(ianae) n(emorensi). *al.* **b** *epitheton est loci sacri*: FEST. p. 145 Manius Egeri⟨us lucum⟩ -em Dianae consecravit (*suppl. Mueller*). **c** rex -is *titulus est sacerdotis Dianae*: SVET. Cal. 35, 3 -i regi, quod multos iam annos poteretur sacerdotio, validiorem adversarium subornavit.

**2** *respicitur quodlibet nemus*: COLVM. 9, 4, 7 deterrimae notae mel habetur -e, quod sparto atque arbu[s]to provenit.

*cf. Onom.* (*v. l. 15 sqq.; est etiam cognomen viri*).

**nemoreus,** -a, -um. *a* nemus. *i. q. ad nemus pertinens*: ENNOD. opusc. 3, 83 p. 352, 10 *Epiphanius* eligebat secessum -a fronde conclusum (nemorosa *ed. Sirmondi*). *cf. Onom.*

**nemoricultrīx** *v. p. 526, 43. 527, 54.*

**nemorivagus,** (-a, -um). *a* nemus *et* vagari. *i. qui in nemore vagatur*: CATVLL. 63, 72 sub altis Phrygiae columinibus, ubi cerva silvicultrix, ubi aper -us.

**nemorōsitās,** -ātis *f. a* nemorosus. *i. q. qualitas nemorosa, sc. arborum, quae foliis abundant* (*cf. p. 518, 18 sqq.*): CLAVD. DON. Aen. 8, 105 p. 129, 16 lucus *Herculis* arborum -e gratissimus.

※**nemorōsus,** -a, -um. *a* nemus. NOT. Tir. 95, 76 -um. *compar. non nisi p. 518, 11; superl. deest. de notione*: SYNON. Cic. p. 436, 21 opacum. amoenum. delicatum. frondosum. -um *eqs.* GLOSS. -us: πολύυλος. -um: densum, spissum. frondosum. GLOSS.[L] I Ansil. NE 260 sqq. (cod. Paris.) -um: apricum (*pro* opacum?) vel am(o)enum. umbrosum. contectum. consitum silvestre aut viride. 264 sq. -a: silvestris. silvosa. *sim. al.; cf. l. 57. legitur in prosa orat. apud* SALL. *et inde a* COLVM., *in versibus inde a* VERG., OV. **[***confunditur in codd. c.* nemus *e. g. l. 75* (*fort. falso trad.* GLOSS. IV 450, 36 luci virentes: -or[os]a sacra [*em. Löfstedt, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 135*]), numerosus *e. g. l. 54. p. 518, 20* (*in var. l. falsa* SIL. 4, 60); *cf. l. 31.***]**

*fere i. q. nemore abundans* (*c. abl. causae e. g. l. 69 sq. p. 518, 1. 17. 29*): **1** *usu adi.*: **a** *-a sunt loca arboribus abundantia* (*accedit ad nomina propria e. g. l. 57. 59. 61 sq.*): **α** *valles sim.*: SALL. hist. frg. 1, 120 consedit in valle virgulta -aque **(**HIER. in Matth. 10, 28 l. 1712 VVLG. num. 24, 6. PRVD. c. Symm. 2, 395 [numer- *var. l.*]**)**. LVCAN. 8, 1 -a ... Tempe (*cf.* PROB. Verg. georg. 2, 469 T. sunt loca -a, frigida, fontana). PLIN. nat. 4, 30 Penius ... -a convalle defluens. **β** *insulae*: VERG. Aen. 3, 270 -a Zacynthos (SERV. auct. '-a' ... ὑλήεσσα Ζάκυνθος commemorat [*e. g. Hom. ι 24*]). COLVM. 8, 11, 1 -is et parvulis insulis. STAT. Theb. 5, 182 -a Thasos. MART. CAP. 6, 702 omnes *insulae Fortunatae* avibus plenae, -ae, palmiferae. **γ** *montes, colles sim.*: OV. epist. 16, 53 est locus in mediis -ae vallibus Idae (ars 1, 289). ars 1, 105 -a Palatia (met. 14, 822 fast. 4, 815). 3, 427 canes ... -is montibus errant **(**COLVM. 2, 2, 1 -um et herbidum. HIER. in Is. 3, 7, 12 l. 14 G. in m. locisque [luc- *var. l.*] -is. in Zach. 6, 1 l. 38 umbrosos atque -os. HIPPOCR. aer. 13, 3 [*gr.* δασέα]. 13, 4 [numer- *var. l.; gr.* δενδρώδεσι]. PRISC. periheg. 967. *al.***)**. met. 9, 165 LVCAN. 6, 338. PLIN. nat. 5, 6 eundem *montem Atlantem esse* opacum -umque. SIL. 5, 94 iuga (7, 274. IVV. 3, 191 [SCHOL. silvestria]. AVIEN. Arat. 888). 6, 324 *orta tempestate* -o vertice pastor ... trepidat (15, 174). STAT. silv. 3, 1, 147 Icario -us palmite Gaurus. PLIN. epist. 8, 8, 2 collis ... antiqua cupresso -us et opacus (PS. AMBR. serm. 35, 2). *al.* **δ** *silvae sim.* (*cf. var. lect. l. 64*): OV. met. 10, 687 templa ... -is abdita silvis. MELA 1, 72 *specus Corycius* totum se -o laterum orbe conplectitur. HIER. in Ezech. 6, 13 l. 501 lucos ..., qui appellantur ligna -a. 31, 1 l. 181 -os saltus silvasque. **ε** *quaelibet*: PHAEDR. 2, 8, 1 cervus -is (nemorum *var. l.*) excitatus latibulis. COLVM. 2, 2, 8 incultum ... locum consideremus, ... -us arboribus an lapidibus confragosus ... sit **(**AVIEN. orb. terr. 1077 AMM. 18, 6, 16. HIER. in Ezech. 36, 1 l. 602 νάπας [*gr. 36, 6*], ... quae nos -a intellegimus l. *al.; cf. p. 517, 55. 64***)**. 2, 2, 11 -i frutectosique tractus duplex cura est. LVCAN. 6, 41 tesqua. PLIN. nat. 35, 121 in -um hospitium. SIL. 3, 666 lucos -aque regna ... Iovis (MART. 9, 64, 3 Triviae -a ... r. [*i. Nemus Dianae, cf. p. 528, 12 sqq.*]). 12, 376 -a per invia (*cf.* avia: STAT. Theb. 2, 79 AVSON. Mos. 5). PALLAD. 6, 3, 2 si -us est *ager,* extirpatis ... arboribus excolatur. AVIEN. orb. terr. 1226 rura (RVFIN. patr. 2, 23 arboribus -a). HEGES. 3, 6, 4 p. 197, 20 -a regio (*cf. gr. 3, 49* κατάδενδροι [*sc.* χῶραι]). HIER. in Zach. 11, 3 l. 67 nihil ... Libano in terra repromissionis excelsius est nec -ius atque condensius. VVLG. num. 13, 21 *humus* -a an absque arboribus *sit.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9, 2 *pastoris* -a cubilia (CYPR. GALL. Ios. 236 [numer- *var. l.*]. *cf. l. 17*). AVG. civ. 13, 18 p. 579, 15 in terra ... -a atque fructuosa, quae paradisi nomen obtinuit. *al.* *in imag. vel translate*: PS. HIER. epist. 37, 7 Academiae -ae obscuris textas umbraculis *disputationes.* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 175, 6 (*ad l, 15* cubile nostrum umbrosum) tamquam densitate boni operis -um.

**b** *-ae sunt arbores earumve partes, sc. foliis, ramis sim. abundantes* (*-a est qualitas arboris l. 25*): **α** *varia exempla*: PLIN. nat. 12, 9 *platanus* -a (numer- *var. l.*) vertice et se vastis protegens ramis. SIL. 13, 595 vasta comas -aque bracchia fundit taxus Cocyti riguā frondosior undā. AMBR. hex. 3, 13, 54 quam ⌊-a et rediviva castanea⌋ (-ae castaneae *var. l.*). HIER. in Is. 16, 57, 5 l. 47 G. subter frondosas arbores atque -as (CASSIOD. compl. in apoc. 21, 19). SERM. Migne suppl. 4, 849 (*spectat ad Ion. 4, 6*) recentis cucurbitae amoenitas -a. *in compar.*: VET. LAT. Ier. 17, 8 (Aug. c. Faust. 13, 8) *qui in domino confidit,* erit ... tamquam lignum fructiferum ..., et erunt in eo propagines -ae (*gr.* στελέχη ἀλσώδη, *Vulg. aliter*). VVLG. Ezech. 31, 3 ecce Assur quasi cedrus ... pulcher ramis et frondibus -us (*cf. Hier. ad loc. l. 121* condensa frondibus). **β** lignum -um: VET. LAT. Ier. 3, 13 (Hier. hom. Orig. in Ier. 14 p. 687[C]) abiit ... subtus omne l. -um **(**[*gr.* ἀλσώδους, *Vulg.* frondoso. *huc spectat* HIER. *ibid.* p. 690[A]]. VVLG. IV reg. 17, 10 [*huc spectat* RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 55, 13 H.]. Ezech. 6, 13 [*pendet* HIER. *ad loc.* l. 508]. 20, 28**)**. VVLG. II Esdr. 8, 15 ramos palmarum et frondes l. -i. AVG. gen. ad litt. 12, 28 p. 423, 7 inter l. -a atque fructuosa *paradisi.*

**2** *neutr. plur. pro subst.* (*pendet gen. inversus l. 38. 41*); *significantur: loca arboribus abundantia*: AMM. 31, 16, 2 per -a et devia ... currebant. AMBR. exc. Sat. 2, 64 dura saxorum, -a silvarum. Noe 23, 82 -a omnia. CHRYSOST. hom. V 746[B] in amoena et -a (*aliter Migne gr. 55, 699*[*in.*]). *partes arborum foliis abundantes*: AMBR. Iob 1, 7, 23 (*respic. 14, 7*) terrena ... virgulta -aque arborum. VVLG. Ezech. 31, 14 (*in allegoria; antea l. 28*) non elevabuntur ... omnia ligna aquarum neque ponent sublimitatem suam inter -a atque frondosa.

*deriv.*: nemorositas. *compos.*: ?innemorosus. *Simon.*

?**nēmosinum** *v. p. 516, 54.*

**[nemostasis** *f. olim falso edebatur pro* (ha)emostasis PS. APVL. herb. interpol. 127 l. 7.**]**

※**nempe** *particula.* [*a* 2. nē, *quod auctum est exitu adverbiali* *-m *et particula* *-pe *'autem, sed'; v. Dunkel, Lex. der indogerm. Partikeln I, 2014, 142. II, 2014, 60 sq. 622. Mei.*] *de origine: inter primitiva affert* PRISC. gramm. III 67, 10. NOT. Tir. 90, 62. *de prosodia*: -ĕ *testantur* VLT. SYLL. gramm. IV 251, 19 PRISC. gramm. III 67, 10. *apud* PLAVT. *et* TER. e *finalis non pronuntiatur, sc. in apocope ante consonantem* (PLAVT. 22[*ies*], TER. *bis*), *in synaloepha ante vocalem vel* h (PLAVT. 26[*ies*], TER. 12[*ies*]); *postea apocope non invenitur,* e *finalis pronuntiatur ante consonantem apud* VARRONEM Men. 440 (*ut vid.*). LVCR. 2, 908 HOR. sat. 2, 3, 207 *et inde saepius.* *de notione* (*v. etiam p. 524, 7*): FEST. p. 162 (*suppl. e* PAVLO) ⟨n⟩emut, nisi etiam vel ⟨-e⟩. CHAR. gramm. p. 248, 21 (*e Romano; inter adverbia affirmandi; sim.* DIOM. gramm. I 404, 8 PRISC. gramm. III 85, 6). DOSITH. gramm. 40, 13 οὐχί -e (utrumne *var. l.; inter adverbia interrogandi [sed* recusandi *trad.]; sim.* DIOM. gramm. I 404, 12 PS. ASPER gramm. V 552, 11. *cf.* SERV. Aen. 11, 152 aut certe 'non' pro '-e' accipiamus, ... id est 'nonne', '-e'). VLT. SYLL. gramm. IV 251, 15 (*inter expletivas coniunctiones*). GLOSS. -e: certe vel nonne, numquid non. nonne, utique. recte vel certe, sed gravi pronuntiatione. scilicet, re vera, graece πάντω⟨ς⟩. -e non: μὴ οὐχί, μήτι γε ἄρα. II 269, 9 δηλαδή: certe, ... sane, -e, quippe *eqs.* 390, 43 οὐχὶ ἄρα: nonne, -e. *sim. al.* *legitur in poesi inde a* PLAVTO, TER., *in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC.; *plura v. Schrickx, Lat. Modalpartikeln, 2011, 269 sqq.* [*confunditur in codd. c.* namque, *v. p. 31, 74 sqq.,* neque QVINT. inst. 2, 13, 9 (*restit.* 12, 10, 46); *falso trad. pro* nente ELEG. in Maecen. 1, 140. *hic et infra fere negleximus locos corruptos vel frg., ubi contextus non intellegitur.*]

*particula est ad res consensui auditoris vel lectoris proponendas apta* (*plura v. Schrickx, op. cit., 75 sqq.*). *cum fere voci interrog. similis sit (aliter p. 520, 55 sqq. et fort. iuxta vocem interrog. p. 522, 21 sqq. 56 sqq. 523,*

[*Sx.*]

*54), saepe incertum est, utrum enuntiatum, cui pertinet, interrogatio sit necne; antecedit* interrogo *p. 523, 50; variat in contextu cum interrogatione e. g.* Val. Fl. 7, 414 (*antecedit* -ne; *sequitur* an). Stat. Theb. 7, 544, *pro syn. est* nonne *p. 522, 61; vertitur* οὐχί Vet. Lat. I Macc. 2, 52 (rec. B; *recc. L, M, V* nonne); *cf. p. 518, 60sqq. 64sqq.* *saepe cum ironia quadam adhibetur, ita ut id, quod auditor vix respondere velit, eius consensui proponatur, raro ita ut locutor id, quod ipse negat, dicat, sc. p. 521, 17. 29.* *variat in contextu cum* certe *l. 45 et* Lvcif. Athan. 1, 20 l. 38 Avg. serm. 169, 11 (*iungitur c.* certe Avg. serm. 147A, 1 coll. Morin p. 51, 10), quippe Tract. de indur. cord. Phar. 38; *rarissime indicatur aliquid certum vel manifestum esse, e. g. l. 9. p. 521, 66 et* Avg. c. adv. leg. 2, 5, 17 -e constat, -e manifestum est *eqs.; accedit* opinor *l. 75. p. 520, 13.*

**I** -e *inducit aliquid novi, quod ad priora pertinet* (*saepe verba ipsa vel similia e enunt. priore iterando e. g. l. 58sqq. p. 521, 49sqq. 522, 55*):
**A** *responsum*: **1** *usu sollemni; respondetur*: **a** *quidvis dicenti*: **α** *usu vario*: (I) *enunt. prius supplendo* (*saepe ironice*): Plavt. Asin. 117 audin tu? apud Archibulum ego ero argentarium. :: -e in foro? :: ibi, si quid opus fuerit. Bacch. 689 ego patrem exoravi. :: -e ergo hoc ut faceret quod loquor? **(***item seq. enunt. consec. vel fin.*: Ter. Andr. 30 ades dum: paucis te volo. :: dictum puta: -e ut curentur recte haec? :: immo aliud. *cf.* Hec. 105 non est opus prolato hoc: percontarier desiste. :: -e ea causa ut ne id fiat palam?**)**. Cas. 235 (*ad uxorem*) respice, o mi lepos.:: -e ita ut tu mihi es (Curc. 235 salveto, quid agis? :: vivo. :: -e ut dignus es. Ter. Andr. 618 expedies? :: certe, Pamphile. :: -e ut modo. :: immo melius spero). Epid. 449 istum quem quaeris Periphanem Plateniium, ego sum, si quid vis. :: -e quem ... memorant apud reges armis ... divitias magnas indeptum? **(***item seq. enunt. relat.* [*cf. l. 33sqq.*]: Pseud. 1188 mea quidem haec habeo omnia, meo peculio empta. :: -e quod femina summa sustine⟨n⟩t. Trin. 427 tarpezitae mille drachumarum Olympico, quas de ratione dehibuisti, redditae ... :: -e quas spopondi. :: immo 'quas dependi' inquito. Sen. rem. fort. 11, 3 'pecuniam perdidi'; -e quam, ut tu haberes, alius ante perdiderat [quippe *var. l.*]**)**. Mil. 808 quem nominem? :: Diceam. :: -e eandem, quae dudum constitutast. :: pax, abi **(***item excipitur vox prioris enunt. per pron., quod per enunt. relat. definitur* [*cf. l. 27sqq.*]: Cic. Phil. 3, 16 'at avus nobilis'; Tuditanus -e ille, qui ... nummos populo de rostris spargere solebat. Sen. contr. 2, 4, 2 'meretricis' inquit 'filium recepisti'; -e eius, quae meum receperat. contr. exc. 4, 5, 1. *al.***)**. *al.* Ter. Andr. 950. Phorm. 307 hominem conmonstrarier mihi istum volo ... :: -e Phormionem? 310 eo: recta via quidem illuc. :: -e ad Pamphilam. Cic. Quinct. 82 postulaturus eras; quando? 'post dies xxx'; -e si te nihil impediret, si *eqs.* Hor. sat. 2, 3, 207 (*loq. Agamemnon*) 'prudens placavi sanguine divos'; -e tuo, furiose; 'meo, sed non furiosus'. epist. 1, 16, 75 (*tyrannus ad sapientem*) 'adimam bona'; -e pecus, rem, lectos, argentum; tollas licet. Sen. Herc. O. 437 (*nutrix*) perimes maritum? :: (*Deianira*) paelicis certe meae. :: at Iove creatum. :: -e et Alcmena satum. *al.* (II) *enunt. plenum addendo*: Plavt. Bacch. 188 rogabis me, ubi sit *sodalis*: vivit. :: -e recte valet? :: istuc volebam ego ex te percontarier. Trin. 966 haben tu id aurum, quod accepisti a Charmide? :: atque etiam Philippum ... mille nummum. :: -e ab ipso id accepisti Charmide? :: mirum quin ab avo eius aut proavo acciperem, qui sunt mortui. *al.* Ter. Andr. 195 non hercle intellego. :: non? hem. :: non, Davos sum, non Oedipus. :: -e ergo aperte vis, quae restant, me loqui? :: sane quidem. 567 istuc periclum in filia fieri gravest. :: -e incommoditas denique huc omnis redit, si eveniat ... discessio. Eun. 158 aut ego nescibam, quorsum tu ires? 'parvola hinc est abrepta ...; cupio abducere, ut reddam suis'; -e omnia haec nunc verba huc redeunt denique: ego excludor, ille recipitur. Rhet. Her. 2, 12, 17 quae sunt ea, *ex quibus civitatis amplitudo constat,* Q. Caepio? suffragia populi et consilium magistratus; -e igitur tu et populum suffragio et magistratum consilio privasti, cum pontes disturbasti **(***verba e priore enunt. iterantur ut*: Ov. epist. 7, 141 [*Dido Aeneae*] 'sed iubet ire deus *Apollo*'; ... hoc duce -e deo ventis agitaris iniquis. Sen. Herc. O. 332 moriere. :: moriar Herculis -e incluti coniunx. Tro. 325. *al.***)**. Cic. Brut. 14 'an mihi potuit' inquam 'esse ... gratior ulla salutatio ... quam illius libri ...?' tum ille: '-e eum dicis' inquit 'quo iste omnem rerum memoriam breviter ... complexus est?' 'istum ipsum' inquam '... dico librum mihi saluti fuisse'. part. 33 sed iam ad reliqua pergamus. :: -e ea sequuntur, quae ad faciendam fidem pertinent. :: ita est. 42 sunt exposita iam fere ea, quae de facto quaeque de facti appellatione quaeruntur. :: -e igitur ea restant, quae, cum et factum constat et nomen, qualia sint vocatur in dubium? :: est ita, ut dicis. *al.*

**β** *antecedit pars responsi* (*in qua verba conloquentis iterantur p. 520, 2* [*cf. p. 520, 34sqq.*]): Plavt. Merc. 776 nunc abi ... :: scio iam quid velis: -e me hinc abire veis. :: volo inquam. Ter. Andr. 387 ex ea re quid fiat, vide. :: ut ab illa excludar, hoc concludar. :: non itast; -e hoc sic esse opinor: *eqs.* Ad. 742 ita vitast hominum, quasi quom ludas tesseris: si illud, quod maxume opus est, iactu non cadit, illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas. :: corrector; -e tua arte viginti minae pro psaltria periere. Cic. ac. 2, 115 'non me quidem' inquit 'sed sapientem dico scire'; optime: -e ista scire, quae sunt in tua disciplina. nat. deor. 1, 111 quae ... vita *deis est*? 'suppeditatio' inquis (*cf. 51*) 'bonorum nullo malorum interventu'; quorum tandem bonorum? voluptatum credo, -e ad corpus pertinentium.

**b** *interroganti*: **α** *locutor vel scriptor respondet* (*sibi ipse post* Plavt., Ter.): (I) *exempla varia; responsum fit*: Ⓐ *verba quaesita supplendo*: Plavt. Mil. 16 quemne ego servavi ...? :: memini, -e illum dicis cum armis aureis. 1163 militem lepide ... ludificarier volo. :: voluptatem mecastor mi imperas. :: scin quem ad modum? :: -e ut adsimulem me amore istius differri. :: tenes. Ter. Eun. 563 nostin hanc, quam amat frater? :: novi: -e, opinor, Thaidem. :: istam ipsam (*cf. l. 34*). Varro Men. 440 quid medico mihi est opus? -e ... absintium uti bibam gravem. Cic. Verr. II 5, 177 at quo tempore futurum est? ... -e eo, cum populus Romanus aliud genus hominum ... ad res iudicandas requirit, -e lege de iudiciis iudicibusque novis promulgata. Pis. 91 Arsinoen, Stratum, Naupactum ... fateris ab hostibus esse captas; quibus autem hostibus? -e iis, quos tu ... focos relinquere coegisti. Lig. 25 acceptae iniuriae querelam ad quem detulistis? -e ad eum, cuius auctoritatem secuti in societatem belli veneratis. *al.* Hor. epod. 12, 22 (*mulier ad virum amatum*) muricibus Tyriis iteratae vellera lanae cui properabantur? tibi -e. Ov. rem. 748 cur nemost, Hecalen, nullast, quae ceperit Iron? -e quod alter egens, altera pauper erat. trist. 3, 4, 23 quid fuit, ut tutas agitarit Daedalus alas, Icarus inmensas nomine signet aquas? -e quod hic alte, demissius ille volabat. 5, 5, 56. Liv. 6, 41, 5 penes quos ... sunt auspicia more maiorum? -e penes patres. *al.* *post interrog. obl.*: Sen. dial. 12, 6, 1 videamus, quid sit exilium; -e loci commutatio. Hil. in psalm. 131, 19 audiant, cui David iuratum sit; illi -e, de quo dictum est: '...' (*psalm. 88, 20 sqq.*). Lvcif. Athan. 1, 16 l. 5 dic, cur nos persequaris; -e quia non fundamus sanguinem innocentem. *al.* Ⓑ *enunt. pleno* (*saepe post* quid): Plavt. Curc. 42 obloquere. :: fiat maxume. :: etiam taces? :: -e obloqui me iusseras. :: at nunc veto. Men. 535 non meministi, obsecro? redde igitur spinter, si non meministi. :: mane, immo equidem memini, -e hoc est, quod illi dedi **(***item antecedit pars responsi, in qua verba conloquentis iterantur* [*cf. l. 9*]: Most. 335 age, i simul. :: [*ebrius*] quo ego eam? :: an ⟨ne⟩scis? :: scio, in mentem venit modo; -e domum eo comissatum**)**. Rud. 343 quam mox coctum est prandium? :: quod prandium, obsecro te? :: -e rem divinam facitis hic. Cic. leg. agr. 2, 40 quid Mytilenae, ... agri ... fertiles? -e eodem capite *legis* inclusi continentur (*edd. plerique ante* -e *non interpungunt*). div. 1, 30 quid? lituus iste vester ... unde vobis est traditus? -e eo Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit. *al.* Verg. georg. 3, 259 quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem durus amor? -e ... nocte natat caeca serus freta. Ov. ars 1, 173 quid, modo cum belli navalis imagine Caesar Persidas induxit Cecropiasque rates? -e ab utroque mari iuvenes ... venere. met. 7, 66 (*loq. Medea*) quid quod nescio qui mediis occurrere in undis dicuntur montes ...? -e tenens, quod amo, gremioque in Iasonis haerens per freta longa ferar. fast. 2, 667 quid, nova cum fierent Capitolia? -e deorum cuncta Iovi cessit turba locumque dedit. Liv. 38, 49, 2 (*loq. Manlius*) quid? si *hostes* urbem eo loco haberent et moenibus se tenerent? -e oppugnandi erant. *al.* *post interrog. obl.*: Cvrt. 4, 11, 19 (*Alexander ad legatos*) ubi ... me adeatis (*Hedicke,* adfatis *trad.*), [-e] obliti estis: -e ultra Euphraten sum. Ambr. in psalm. 36, 37, 4 si quaeris, quae vita sit ..., accipe: -e vita ecclesia est.

(II) *iocose post interrogationes per* -e *inductas* (*quae ad a pertinent*): Plavt. Aul. 294 -e huc dimidium *dari* dicis, dimidium domum? :: -e sicut dicis. Rud. 565 sqq. ubi istaec sunt, quas memoras mulieres? :: hic in fano Veneris. :: ... -e meae? :: -e nescio istuc. :: ... (567) -e puellae? :: -e molestus es.

**β** *scriptor alterius responsum praedicat*: Hil. coll. antiar. p. 141, 13 mihi respondete: 'Athanasium quo iudicio damnastis?'; dicetis -e: 'episcoporum' (*nisi ad α, sc. si* -e *pars responsi est*). Avg. c. Maximin. 2, 23, 3 l. 165 expone nobis, etiam Iesus Christus quomodo sit dominus ...; -e turbaris, -e quid respondeas, non invenis. c. Pelag. 2, 6, 11 p. 472, 5 respondete ... de meritis parvulorum, cur alii baptizati, alii non baptizati de corporibus exeant ...; -e reticetis. Orig. in Matth. ser. 145 p. 298, 13.

**2** *post opinionem vel rationem (alienam vel suam) allatam, locutor etiam hac concessa aliquid obloquendo addit*: **a** *in apodosi enuntiati condicionalis*: Cic. Flacc. 91 si dat tantam pecuniam Flacco, -e idcirco dat, ut rata sit emptio. Qvint. inst. 3, 8, 23 si obsessi ... de facienda ad hostem deditione deliberent et dicatur 'necesse est', -e sequitur, ut hoc subiciatur: 'alioqui pereundum est'. Ps. Qvint. decl. 12, 14 etiamsi quis adeo hominem exuit, ut ibi poenam quaerat, ubi sensus doloris non inveniat, -e tamen cadavera feris obiciet (Avg. epist. 220, 6 qui etiamsi tibi omnes fideles sint ..., -e t. ad ea bona ... per te cupiunt pervenire). *al.*

*[Sx.]*

**b** *vario modo*: **α** *enunt. novum addendo* (*exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): LVCR. 2, 487 fac … minimis e partibus esse corpora prima tribus …; -e ubi eas partis … omnimodis expertus eris …, si forte voles variare figuras, addendum partis alias erit. 2, 908 esto iam posse haec *sensilia* aeterna manere; -e tamen debent aut sensum partis habere aut similis totis animalibus esse putari **(**OV. am. 3, 2, 17 quam paene Pelops Pisaea concidit hasta, dum spectat vultus, Hippodamia, tuos; -e favore suae vicit t. ille puellae. PLIN. nat. 7, 138 ut … somnio eius *Sullae* … credamus ab uno illo invidiam gloria victam, hoc t. -e felicitati suae defuisse confessus est, quod Capitolium non dedicavisset**)**. 4, 1173 sq. *puella* esto iam quantovis oris honore …; -e aliae quoque sunt, -e hac sine viximus ante, -e eadem facit … omnia turpi. CIC. Phil. 12, 26 effugi insidias, perrupi Appenninum: -e in Antoni congressum conloquiumque veniendum est. Tusc. 3, 49 '*Epicurus* non istam dicit voluptatem'; dicat quamlibet; -e eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. PROP. 4, 11, 6 te licet orantem fuscae deus audiat aulae: -e tuas lacrimas litora surda bibent. OV. epist. 20, 191 (*Acontius Cydippae*) his *morbis* … vitatis in partu -e rogabis, ut tibi luciferas adferat illa *Diana* manus. Pont. 1, 7, 26 ut … tibi fuerit mecum nihil amplius, uno -e salutaris, quam prius, ore minus **(***item post* ut *concessivum*: SEN. contr. 9, 6, 7. SEN. benef. 4, 19, 4 cur *deum* colis? 'propter maiestatem' inquis 'eius eximiam …'; ut concedam tibi: -e hoc facis nullo pretio inductus, nulla spe. LVCAN. 5, 775 [*Cornelia ad Pompeium*] ut nolim servire malis, sed … te sequar ad manes, feriat dum maesta remotas fama procul terras, vivam tibi -e superstes. PLIN. nat. 7, 138 *l. 8***)**. *al.* SEN. contr. 10, 2, 14 vici te, pater, sed -e vici tibi (SEN. dial. 12, 9, 7 hic qui te expulit, non ipse per annos decem continuos patria caruit? propagandi sine dubio imperii causa, s. -e caruit. epist. 73, 14 Iuppiter omnia habet, s. -e aliis tradidit habenda). STAT. Theb. 7, 559 (*Tydeus ad Polynicem*) finge … pactis evictum *Eteoclem* excedere regnis, -e iterum reddes? QVINT. decl. 382, 2 'sed ego' inquit 'conduxi'; puta, -e conduxisti, ut tyrannicida essem. IVV. 8, 164 defensor culpae dicet mihi 'fecimus et nos haec iuvenes'; esto, desisti -e nec ultra fovisti errorem. *al.* **β** *enunt. prius supplendo*: OV. met. 9, 737 (*loq. Iphis, quae aliam puellam amat*) taurum dilexit filia Solis, femina -e marem; meus est furiosior illo … amor. SEN. Herc. O. 353 (*loq. nutrix ad Deianiram*) *Hercules* dilexit Iolen: -e cum staret parens regisque natam peteret. Thy. 412 (*loq. Thyestes*) occurret Argos, populus occurret frequens; sed -e et Atreus **(**Tro. 744 [*loq. Andromacha de filio*] spiritus genitor facit? s. -e *per terram* tractus. ANTH. 446, 5**)**. clem. 1, 11, 1 fuerit *Augustus* moderatus et clemens, -e post mare Actiacum Romano cruore infectum, -e post fractas in Sicilia classes …, -e post Perusinas aras. benef. 4, 40, 3 ille praestitit mihi *beneficium,* -e cum occasionem haberet, cum facultatem. *al.*

**B** *exempla cetera*: **1** *usu vario*: **a** *enunt. novum addendo*: **α** *quolibet contextu* (*exempla selecta inde a* SEN. *rhet.*): ① *in enunt. variis*: PLAVT. Merc. 760 non ego sum, qui te dudum conduxi. :: quid est? immo hercle tu istic ipsus. :: vae misero mihi. :: -e uxor rurist tua, quam dudum dixeras te odisse. Pseud. 151 (*leno ad servos*) ita vos estis praediti callenti ingenio improbi, officium vestrum ut vos malo cogatis commonerier; -e ita animati estis vos: vincitis duritia … me **(***item iterantur verba e priore enunt.*: OV. am. 3, 7, 47 optabam certe recipi: sum -e receptus. epist. 16, 292 [*Paris Helenae*] Iuppiter his gaudet … furtis; haec tibi -e patrem furta dedere Iovem. *al.***)**. Rud. 476 metuo hercle, ne illa mulier mi insidias locet, ut comprehendar cum sacra urna Veneria; -e optumo ⟨me⟩ iure in vinclis enicet magistratus, si quis me hanc habere viderit. TER. Haut. 639 quam bene vero abs te prospectumst, quod voluisti, cogita: -e anui illi prodita abs te filiast planissume. CIC. Mil. 79 quin sic attendite, iudices; ⌊-e haec est quaestio de interitu P. Clodi⌋ (⌊ ⌋ *del. Clark*). HOR. epist. 2, 2, 163 das nummos, accipis uvam, pullos, …; -e modo isto paulatim mercaris agrum. PROP. 4, 1, 92 (*loq. Horos*) dixi ego, cum geminos produceret Arria natos, … *eos* non posse ad patrios sua pila referre Penates; -e meam firmant nunc duo busta fidem. 4, 5, 42 *ne* te, *puella,* Medeae delectent probra sequacis – -e tulit fastus, *sc. Iasonis,* ausa rogare prior – sed potius *eqs.* **(***item in parenthesi* [*adde p. 522, 14*]: VAL. FL. 8, 49 [*Medea Iasoni*] serva hanc profugae, prior ipse dedisti quam – scis -e – fidem. STAT. silv. 3, 4, 14. QVINT. inst. 3, 6, 17 quid si *reus* confitetur, sed iure a se adulterum dicit occisum – -e legem esse certum est, quae permittat –? nisi aliquid accusator respondet, nulla lis est**)**. OV. epist. 7, 146 (*Dido Aeneae*) non patrium Simoenta petis, sed Thybridas undas; -e ut pervenias, quo cupis, hospes eris. met. 13, 759 (*loq. Galatea*) quanta potentia regni est, Venus alma, tui! -e ille *Polyphemus* …, quid sit amor, sentit. SEN. contr. 2, 1, 5 merito potens *populus* est: -e ab eius origine est, qui non reliquit patrem (*sc. Aeneas*). 10, 5, 17 '*servum* torsit' inquit *adversarius* …; si lucri causa, obice; -e huius crudelitatis pretium Athenae habent. PHAEDR. 2, 2, 2 a feminis … spoliari viros … -e exemplis discimus. SEN. Herc. O. 374 (*loq. nutrix*) *Hercules* amore captus ad leves sedit colos …; -e illa cervix spolia deposuit ferae. epist. 24, 14 (*ad mortem*) pone ista, quae nos obstupefaciunt …; -e dolor es[t], quem podagricus ille contemnit. 65, 23 huic libertati multum conferet et illa, de qua modo loquebamur, inspectio; -e universa ex materia et ex deo constant (*ut antea dictum, cf. 12*), *eqs. al.* *post enunt. secund.*: CIC. Tull. 39 haec cum praetorem postulabas …, ⌊⟨ne⟩m⟨pe i⟩ta⌋ dicebas potestatem tibi fieri oportere, ut *eqs.* (⌊ ⌋ *suppl. Peyron, alii alia*). fin. 4, 41 in qua *natura* si nihil est praeter rationem, sit in una virtute finis bonorum; sin est etiam corpus, ista explanatio naturae -e hoc effecerit, ut ea, quae ante explanationem tenebamus, relinquamus **(***item in apodosi enunt. condic.*: LVCR. 1, 385 duo … corpora … si cita dissiliant, -e aer omne necessest, inter corpora quod fiat, possidat inane. HOR. epist. 2, 2, 156. OV. epist. 6, 144 [*Hypsipyle Iasoni*] si ventis … actus iniquis intrasses portus … meos obviaque exissem fetu comitante gemello – hiscere -e tibi terra roganda fuit –, quo vultu natos … videres? 9, 70. *al.***)**. OV. met. 13, 178 (*loq. Vlixes; 171* opera illius *Achillis* mea sunt) ut … alios taceam, qui saevum perdere posset Hectora, -e dedi. LIV. 38, 49, 1 dic …, quo aequiore *loco* potuerim dimicare! cum hostes montem cepissent …, -e eundum ad hostes erat, si vincere vellem. ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 26 postquam Tarquini Superbi mores invisi civitati nostrae esse coeperunt …, -e pertaesum est mentes *civium* regni. *al.* ⑪ *iuxta vocem interrogativam* (*cf. p. 518, 75*): HIL. in psalm. 2, 25 expectandum est, qui tandem sit responsionis huius profectus, quod Christus filius dei est; -e quid sequitur ad id quod dictum est: 'tu dixisti'? 'verum dico vobis, …' (*Matth. 26, 64*). HIER. tract. p. 553 l. 42 hoc … dico, ne cogitetis peccatum modicum esse superbiam; -e quid dicit apostolus? *eqs.* AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 videte, quid de ipso domino … sentiatis; -e enim dominus … numquid cum solis discipulis … an non et etiam cum inimicis … habuit de veritate sermonem?

**β** *post interrogationem* (*saepe in explicatione affirmationis, quae ex interrog. intellegitur; exempla selecta inde ab* HOR.): PLAVT. Cas. 599 satin propter te pereo ego atque occasio? :: quin tu suspendis te? -e tute dixeras tuam arcessituram esse uxorem uxorem meam. TER. Andr. 371 liberatus sum hodie, Dave, tua opera. :: ac nullus quidem. :: quid ita? -e huic prorsus illam non dat. CIC. de orat. 1, 175 quae potuit … esse causa maior, quam illius militis …? -e in ea causa quaesitum est de iure civili: *eqs.* (-e *om. pars codd. et edd.*). 1, 244 ipse ille Mucius … quid patefecit dicendo, quod fuisset imperitis occultius? -e eius omnis oratio versata est in eo, ut scriptum plurimum valere oportere defenderet. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 4 quod … tibi cum Antonio privatim odium? -e quia postulabat haec, salutem ab se peti, … quaerenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur. HOR. sat. 2, 7, 80 (*servus ad dominum*) sive vicarius est, qui servo paret, … seu conservus, tibi quid sum ego? -e tu, mihi qui imperitas, alii servis miser. TIB. 1, 2, 61 quid? credam? -e haec eadem, *sc. saga,* se dixit amores cantibus … solvere posse meos. 2, 3, 28 Delos ⌊ubi nunc⌋, Phoebe, tua est, ubi Delphica Pytho? -e amor in parva te iubet esse casa **(**⌊ ⌋ *item*: OV. met. 13, 93 [*loq. Aias*] ecce ferunt Troes ferrum … in Danaas classes: ubi n. facundus Vlixes? -e ego mille meo protexi pectore puppes. SEN. Herc. O. 1911 sq. [*loq. Alcmene*] ubi n. vestrae, Iuppiter, arces? ubi promissi regia mundi? -e Alcides mortalis obit, -e sepultus. PETRON. 115, 13**)**. OV. epist. 9, 61 (*Deianira Herculi*) non puduit fortis auro cohibere lacertos …? -e sub his animam pestis Nemeaea lacertis edidit. met. 7, 53 (*loq. Medea*) ego germanam fratremque patremque deosque et natale solum … relinquam? -e pater saevus, -e est mea barbara tellus, frater adhuc infans. Pont. 4, 3, 38 audita est cui non opulentia Croesi? -e tamen vitam captus ab hoste tulit. EPICED. Drusi 51 quid tibi nunc mores prosunt? … -e per hos etiam Fortunae iniuria mores regnat. *al.* *in interrog. per* non *inducta* (*cf. p. 518, 65*): PS. ORIG. in Iob 1, 58 l. 17 sqq. (*deus ad diabolum, quem superiorem angelis fecit*) quid huiuscemodi dedi Iob? … -e non in tristitiis vivit super terram? -e non labores manuum suarum manducat cum corruptibilibus? -e non … mihi gratias egit? -e non … me colit? (*cf. l. 11 sqq.* nonne).

**b** *enunt. prius supplendo* (*exempla selecta inde a* CVRT.): SEN. contr. 2, 1, 12 aeris ferrique usus *fit,* iam auri quoque, in … decorandis domibus, -e ut anxii … ruinam ignemque metuant. SEN. benef. 4, 31, 5 hominem tam palam obscenum ad fasces et ad tribunal admisisti? -e dum veterem illum Scaurum senatus principem cogitas et indigne fers sobolem eius iacere. nat. 7, 12, 6 stellarum … duarum lumen miscetur et praebet unius speciem, -e sic, quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu. epist. 4, 9 si forte in manus hostium incideris, victor te duci iubebit, eo -e, quo duceris (*sc. ad mortem*). CVRT. 4, 11, 20 (*Alexander ad legatos*) eadem liberalitate *Darius* dat mihi filiam suam: -e quam scio alicui servorum eius nupturam **(***item seq. enunt. relat.*: STAT. silv. 3, 5, 22 etenim tua – -e benigna quam mihi sorte Venus iunctam … servat … – …, tua frena libens … recepi. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 17 dum etiam cum eo *Ioseph fratres* potuissent his adipisci bonis, -e qui … felicitatis socii forent, interimere

adulescentulum sunt adgressi [*gr.* ὡς ... ἐσομένους]. *al.*). Plin. nat. 7, 137 unus hominum ad hoc aevi Felicis sibi cognomen adseruit L. Sulla, civili -e sanguine ac patriae oppugnatione adoptatus. Hil. in psalm. 143, 21 'qui ... liberas David servum tuum'; eum -e David, de quo *eqs.* **(***item excipitur vox prioris enunt. per pronomen*: Gavdent. serm. 12, 12 necesse est ..., ut ... subditus fiat omnis mundus deo; deo -e huic 'qui ascendit super caelum caelorum' [*psalm. 67, 34*]. *al.***)**. Cassiod. Ios. antiq. 2, 75 *Pharao* visiones ... recoluit afflictusque in his, quae viderat, -e cum ei tristia viderentur, ... convocavit sapientes (*gr.* καὶ γάρ). *al.*

**2** *inducuntur definitiones vocum minus stricte circumscriptarum*: Porph. Hor. epist. 1, 17, 62 'vicinia rauca', nem⟨pe⟩ vicini vociferantes. Ps. Ambr. epist. 3, 2 duo viri, Vitalis -e et Agricola, ... martyrium passi sunt. mans. praef. p. 11$^{D}$ bipartitam ... significat charitatem, dei -e et proximi. 8 p. 19$^{A}$ quinque habuerunt mansiones, -e mare Rubrum ..., hanc de qua agimus, et tres sequentes. Anian. Chrysost. laud. Paul. 3 p. 486 in omnium virtutum arce, -e caritate. Tract. Pelag. 4, 11, 1 p. 87 illorum *primorum Christianorum* rudes meliores erant quam nostri, -e perfecti. Ps. Max. Tavr. hom. 19 p. 264$^{B}$ offerunt illi *magi* sua munera, aurum -e, ut lectum est, thus et myrrham. *al.*

**3** *inducuntur quae exspectantur, quia antea introducta vel promissa sunt*: Ambr. in psalm. 36, 26, 3 quomodo ... alii remaneant in igne, alii pertranseant, alio loco nos doceat scriptura divina: -e in mare Rubrum demersus populus est Aegyptiorum, transivit autem populus Hebraeorum. Tract. Pelag. 4, 12, 1 p. 89 cuiuscemodi supplicii censeantur, adtentius consideremus ...: dicam -e de illo, qui otiosi sermonis reus est *eqs.* Avg. anim. 4, 18, 26 p. 405, 20 de conscriptis visionibus martyrum dicendum tibi est aliquid ...: -e sancta Perpetua visa sibi est *eqs.* Ivlian. in Ioel 2, 28 l. 434 videamus ..., quemadmodum tenor quasi historicae explanationis incedat: sub beato -e Ezechia sanctum Iohelem prophetasse colligimus *eqs.* 3, 1 quod instat et imminet, exsequamur: -e iam decem tribus ... migrarunt *eqs.* *al.*

**II** -e *inducit argumentum sive ex opinione sive e consensione conloquentis sumptum, cui deinde aliquid novi, saepe obloquendo, adiungitur* (*sunt quae ad I trahere possis, sc. si* -e *potius cum enunt. priore coniungas*): **A** *usu vario* (*exempla selecta inde ab* Hor.) Cic. nat. deor. 3, 93 -e singuli vovent, audit igitur mens divina etiam de singulis; videtis ergo non esse eam tam occupatam quam putabatis. Att. 9, 15, 3 sed tu ⟨quid⟩, omnia qui consilia differebas in id tempus, cum sciremus quae Brundisi acta essent? scimus -e; haeremus nihilo minus. Varro ling. 8, 47 -e esse oportebat vocis formas ternas, ut in hoc humanus humana humanum; sed habent quaedam binas, ut cervus cerva, quaedam singulas, ut aper. Hor. sat. 1, 10, 1 -e incomposito dixi pede currere versus Lucili; ... at idem, quod sale multo urbem defricuit, charta laudatur eadem. Gratt. 503 -e ingens *equus,* -e ardua fundet in auras crura; ... ne tamen hoc attingat opus (*i. venationem*). Sen. nat. 3, 12, 1 scies te non habere, quod quaeras, cum ad veram amnium originem accesseris; flumen -e facit copia cursusque aquae perennis; ergo quaeris a me, quomodo aqua fiat: interrogabo invicem, quomodo aer fiat aut terra. epist. 5, 4 -e propositum nostrum est secundum naturam vivere: hoc contra naturam est, torquere corpus suum et faciles odisse munditias. 67, 6 etiam nunc interrogo: nem⟨p⟩e fortitudo optabilis est? atqui pericula contemnit et provocat. Stat. Theb. 10, 709 (*Creon ad Menoecea*) externi te -e patres alienaque tangunt pignora? si pudor est, primum miserere tuorum. Avg. in psalm. 34, serm. 2, 13 l. 23 medicus -e, qui ad salutem adhibetur, nonne ferro plerumque armatur? sed contra vulnus, non contra hominem (*cf. p. 522, 21sqq.*). *al.* **B** *enuntiatum per* -e *inductum praeparat interrogationem*: Cic. Verr. II 2, 127 in qua *lege* scriptum erat ut, quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conicerentur; ... *Verres* 'optime' inquit '-e scriptum ita est: "quot renuntiati erunt"; quot ergo' inquit 'sunt renuntiati?' 2, 150 *dicis* eos *aratores* tibi esse inimicissimos; -e ita dicis: propter decumas; concedo: non quaero, iure an iniuria sint inimici; quid ergo? *eqs.* ac. 2, 95 -e fundamentum dialecticae est, quidquid enuntietur ... aut verum esse aut falsum; quid igitur haec vera an falsa sunt: '...'? Ov. met. 13, 339 (*loq. Vlixes*) rapui Phrygiae signum penetrale Minervae hostibus e mediis, et se mihi conparat Aiax? -e capi Troiam prohibebant fata sine illo; fortis ubi est Aiax? Liv. 27, 13, 5 (*dux ad milites*) -e aequis manibus hesterno die diremistis pugnam; quid haec nox, quid hic dies attulit? Sen. epist. 17, 3 -e hoc quaeris et hoc ista dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit: quid si appetenda est? Lvcan. 8, 352 (*Lentulus ad Pompeium*) Roma civilibus armis elegit te -e ducem: quid vulnera nostra in Scythicos spargis populos? Val. Fl. 6, 282. Plin. epist. 3, 5, 12 memini quendam ex amicis, cum lector quaedam perperam pronuntiasset, revocasse et repeti coegisse, huic avunculum meum dixisse: 'intellexeras -e', cum ille adnuisset, 'cur ergo revocabas?' *al.*

*appendix*: **1** *enunt. per* -e *inductum plerumque affirmatio est, sed haud raro quaestio (v. p. 518, 74sqq.), raro iussum, sc.* Ps. Max. Tavr. serm. 31 p. 598$^{A}$ 'palpate' dicebat (*Luc. 24, 39*) 'atque videte'; palpate -e manu corpus meum et videte me atque vulnera mea. Arator *l. 14.* **2** -e *iteratum: alternat in quaestione et responso: p. 520, 55sqq. enuntiata inducit, quae omnia ad idem enunt. pertinent: p. 520, 15. 521, 11. 522, 53. al.* **3** *iuxtaponitur particula vel coniunctio* (*notabiliora tantum*): ergo (*cf.* Gloss.$^{L}$ II Philox. ne 27 -e ergo: ἆρα οὐ, πάντως οὖν): *v. vol. V 2, 775, 21 sqq., ubi addas e. g.* Avg. epist. 194, 5. igitur: Rhet. Her. 2, 12, 17 Cic. Brut. 21 part. 42 Lact. inst. 6, 15, 16. tamen (*praecedit* -e *praeter* Plavt. Asin. 339 sed t. tu -e eos asinos praedicas? Plin. nat. 7, 138 *p. 521, 9*): *v. p. 520, 74sq. 521, 5sqq. 522, 54. al.* sed: *v. l. 10. p. 521, 25sqq. 37sq. al.* enim: *v. vol. V 2, 589, 8 sqq., ubi addas e. g.* Avg. c. Cresc. 1, 8, 10. nec: Arator ad Parth. 99 ne dubita quin grata forent documenta probatis ..., nec te -e putes cariturum munere famae. **4** -e *inducit parenthesin: v. supra p. 521, 62sqq. 522, 14. 72. al.* **5** *de positione: prima vox est eius partis enuntiati, cui pertinet, passim (post enunt. secund. e. g. p. 520, 68sqq. 521, 19sqq. 522, 5 sqq., post abl. absol. p. 521, 17, post acc. c. inf. p. 521, 74), sed secunda* Plavt. Asin. 339. Pacvv. trag. frg. Rhet. Her. 2, 23, 36 (*loco dub., v. p. 213, 56*). Cic. Phil. 3, 16 Att. 9, 15, 3 Hor. epod. 12, 22 Ov. am. 3, 7, 47. *al.* Liv. 5, 52, 13 Sen. contr. 1, 7, 10. *al., tertia* Ov. epist. 7, 141. 16, 292. *al.* Sen. dial. 12, 7, 7 nat. 6, 32, 10. *al., posterior* Cic. fin. 4, 41 Ov. epist. 9, 70. 20, 94 met. 2, 664 Sen. Herc. O. 903 dial. 12, 9, 3. *al. in fine versus*: Hor. epod. 12, 22 sat. 2, 7, 80 epist. 1, 16, 31 Pavl. Nol. carm. 31, 237 Orient. carm. app. 3, 88 Sidon. carm. 22, 87. *Sx.*

※**nemus,** -oris *n.* [*a radice* *nem- *'ad-, distribuere', cf. gr.* νέμω *eiusdem notionis,* νέμομαι *'colo, pascor', got.* niman *'sumere' nec non gr.* νέμος *'silva, lucus' (sc. ubi deis sacrificatur), gall.* dru-nemeton *'querquetum'. v. Walde-Hofmann II 158 sq.; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben,* $^{2}$*2001, 453; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 405. Mei.*] *de origine*: Isid. orig. 17, 6, 6 -s a numinibus nuncupatum, quia pagani ibi idola constituebant: sunt enim -a arbores maiores, umbrosae frondibus. *scribitur acc. sing.* -os Verg. ecl. 8, 22 (*cod. P ante corr.*), *acc. plur.* -mura CIL IV 6698 (*citat* Sen. Ag. 730, *v. p. 525, 30*); *in var. ll. codd. medii aevi nom. vel acc. sing.* -es Santra trag. 2 Stat. Theb. 7, 627, -ur Serv. auct. Aen. 7, 515, *alii casus* Cvrt. 7, 2, 23 -mere. Stat. Theb. 9, 587 -merum; *litt. gr. p. 528, 21sq.* Not. Tir. 95, 74 sq. -s. -e. *genus neutr. passim, testantibus e. g.* Varrone ling. 9, 94. 10, 8 Mart. Cap. 3, 245; *masc. trad. p. 528, 15. formas testantur sing. gen.* -ris Mart. Cap. 3, 304 sq., *plur.* -ra Varro ling. 9, 94. 10, 50, *gen.* -rum Mart. Cap. 3, 295. *de mensura*: -mūs *in caesura hexam. dactyl.* Verg. Aen. 3, 112; -mŏris *testatur* Serv. Aen. 7, 231. *de notione et differentia* (*adde e. g. l. 32. p. 525, 20. 526, 54*): Varro ling. 5, 36 quos agros *antiqui* non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus possit pasci, ... saltus nominarunt; haec etiam Graeci νέμη, nostri -a. Fest. p. 162 (*suppl. e* Pavlo) ⟨-a significant silv⟩as amoenas (*postea loco lacunoso*: ἐν νέμεϊ σκιε⟨ρῷ ...⟩ [*Hom. Λ 480*] ... campos et pascua). Serv. auct. georg. 4, 534 *v. p. 47, 62 sq.* Aen. 1, 310 (*disting.* lucus *et* silva; *v. vol. VII 2, 1751, 53 sq.*). Isid. diff. 1, 44 (468 C.) silva interdum et fructuosa *est,* -s vero arbores umbrosae et infructuosae intelleguntur. Gloss. -s: νάπη, ἄλσος. νέμος. δρυμών. δρυμός. ὕλη ἡ ἐν τοῖς ὄρεσι. silva, arbusculum, fru[c]ticem. -a: silvas. condensationes arborum. Gloss.$^{L}$ I Ansil. ne 278 sqq. (cod. Paris.) -s: [h]umbra. silva opaca. arborum densitas. lucus. *al.* *legitur maxime in versibus inde ab* Enn. (*v. p. 525, 55*), Acc. **(***vocem frequentant e. g.* Verg. [*63$^{ies}$*], Ov. [*59$^{ies}$*], Sen. *trag.* [*57$^{ies}$*], Stat. [*75$^{ies}$*]**)**, *raro in prosa oratione inde a* Catone (*v. p. 528, 13*), Varrone, Cic. (*saepius apud* Cvrt. [*22$^{ies}$*], Plin. nat. [*25$^{ies}$*], Tac. [*14$^{ies}$*]). **[***confunditur in codd. e. g. cum* memor Catvll. 63, 52 Lvcr. 2, 346 Verg. Aen. 7, 566. *al.*, mora Cvrt. 7, 5, 34 Stat. Theb. 6, 807, mos (moris) Plin. nat. 16, 242 Plin. epist. 5, 6, 7 Vvlg. iud. 6, 26, numerus Enn. scaen. 246 (Rhet. Her. 2, 22, 34). Varro ling. 10, 8. *al.*, pecus (-coris) Verg. Aen. 12, 719 (*in var. l. falsa* Ov. fast. 3, 71 *et vol. X 1, 945, 74*). *vix recte trad.* Ivlian. in Ioel praef. -a (remota *coni. De Coninck*).**]**

*fere i. q. silva, lucus (in nominibus locorum p. 525, 49sqq. 528, 20 sqq. 55sqq.); gr. resp. e. g.* ἄλσος *p. 528, 59,* δρυμός Apvl. mund. 4 p. 296 (*gr. 392b18*), λόχμη *p. 525, 49,* νάπη *p. 525, 57 et* Vet. Lat. Is. 40, 12 (Novatian. trin. 30, 11. *al.*), ὕλη *p. 525, 62 et* Vita Melaniae 18, 2. *passim iuxta ponuntur voces notionis similis, sc. maxime* lucus (*cf. vol. VII 2, 1751, 29 sqq.*), saltus, silva, *neque semper apparet, utrum pro syn. adhibeantur an distinguantur; v. e. g. Bömer, comm. 1969, ad* Ov. met. 2, 438, *Malaspina, Quaderni del dipart. di filol., univ. Torino, 1995, 75 sqq., Fedeli al., comm. 2015, ad* Prop. 4, 9, 24. *in contextu saepissime variant, e. g.* Catvll. 63, 2 (*3* silvis). Sen. Tro. 173 silvae ... -s ... (*174*) lucus sacer. Lvcan. 9, 365 (*360* silva, *362* luci). Sil. 7, 459 *et* 468 (*462* luco, *464* silvis). Clavd. rapt. Pros. 3, 338 *et* 353 (*332* lucus, *337* silva, *366* silvis). *pendet gen.* -is (-um) *ex altera voce*: Verg. ecl. 6, 56 -um ... saltus. Cvlex

*[Ranieri]*

382 -um silvas (Ov. fast. 1, 512). SEN. Herc. O. 957 -is sacri lucos; *pendet gen. alterius vocis*: HEGES. 5, 21, 4 -a silvarum (VITA Melaniae 18, 2 EVGIPP. Sev. 30, 4). *nota adi.* APVL. met. 7, 25, 9 silvosa. ARNOB. nat. 5, 6 p. 255, 14 saltuosa.

**I** *usu communi, sc. c. respectu arborum sim.*: **A** *proprie (in comparatione e. g. l. 21. p. 526, 37) vel in imagine* (*v. l. 45. p. 527, 24*): **1** *respicitur quodlibet -s*: **a** *generatim*: **α** *varia exempla* (*selecta inde a* CVRT.): ACC. trag. 184 derepente aspicio ex -e pavidum et properantem egredi. 435 inter traiectus -um, in salti faucibus. carm. frg. 1 Maia -s retinens. VARRO Men. 75 ubi rivus ... in -e deorsum rapitur. CIC. Verr. II 4, 106 raptam esse *Proserpinam* ... ex Hennensium -e. har. resp. 24 *Matrem Magnam* agros et -a ... peragrare. div. 1, 114 multos -a silvaeque ... commovent, *ut futura praevideant.* LVCR. 5, 41 per -a ac montes magnos silvasque profundas. 5, 1383 avia per -a ac silvas saltusque. *al.* SALL. hist. frg. 2, 81 ad Corycum, urbem inclitam ⌞portu atque⌟ -e (*Stowasser,* partusque [*vel* past-] *codd.*). VERG. ecl. 7, 59 Phyllidis adventu ... -s omne virebit. 8, 86 per -a atque altos ... lucos. 10, 9 quae -a aut qui vos saltus habuere, puellae Naides *eqs.*? georg. 2, 323 ver ... frondi -um, ver utile silvis. Aen. 1, 310 *Aeneas* classem in convexo -um ... occulit (SERV. auct. silvarum). 7, 515 omne contremuit -s et silvae insonuere profundae. *al.* CVLEX 77. 382. HOR. carm. 4, 2, 30 ego apis ... more modoque carpentis thyma ... circa -s ... carmina fingo. *al.* PROP. 1, 18, 2. 4, 4, 1 Tarpeium ⌞-s⌟ et Tarpeiae turpe sepulcrum fabor (*si recte trad.*; ⌞ ⌟ scelus *coni. Kraffert*). OV. ars 1, 311 in -s et saltus ... regina *Pasiphae* ... fertur. met. 1, 479 *Daphne* -a avia lustrat. 2, 438 huic *virgini violatae* odio -s est et conscia silva. 10, 143 tale -s vates attraxerat (*respic. Orpheus ut*: SEN. Herc. O. 1043 MELA 2, 28. *cf. p. 528, 68*). *et saepe.* LIV. 5, 15, 2 in Albano -e. MANIL. 5, 212 *saeviente Canicula stella* viridis -i (-is *var. l.*) sanguis decedit et herbis. SEN. suas. 2, 5 Taygeti -is ... iuga. SEN. Ag. 730 (*loq. Cassandra*) Idaea cerno -a. Phaedr. 457 arbor ... celso vertice evincet -s. *et saepius in trag.* benef. 3, 29, 5 tolle radicem: -a non surgent. dial. 6, 18, 4 summis cacuminibus -a nutantia et tantum silvarum. nat. 3, 11, 3 quas *aquas* ... in alimentum suum -a ducebant (*antea*: silvas). CVRT. 5, 1, 35 desiderio -um silvarumque. COLVM. 10, 151 summo -is ... vertice. MELA 3, 51 *Britannia* fert -a saltusque. LVCAN. 6, 112 volgus *esuriens* ... foliis spoliare -s. PLIN. nat. 3, 41 tam innoxii saltus, tam opaca -a, tam munifica silvarum genera *eqs.* 13, 90 -a odorata in mentione earum *insularum* dicta sunt (*resp. 6, 198* silva, *12, 38* silvis). VAL. FL. 6, 633 (*in compar.*) imber agens scopulos -umque operumque ruinas. SIL. 6, 147 lucus iners ... Stygium ... servabat sine sole -s. 6, 221 -s ... et procera cacumina saltus. STAT. Theb. 1, 361 *tempestate* frangitur omne -s, rapiunt antiqua procellae bracchia silvarum. 9, 383 (*filio mortuo*) tu nobile quondam undarum -umque decus (*cf. p. 527, 52*). MART. 6, 76, 6 famulum ... -s (*i. Daciam victam*). TAC. Germ. 45, 5 fecundiora ... -a lucosque. SVET. Tib. 43, 2 in silvis ... ac -bus passim venerios locos commentus est. AVR. Fronto p. 30, 4 (*in imag. de sermone declamatoris*) nusquam in eo rure ... -s amoenum vel densus lucus *eqs.* APVL. met. 4, 2, 1 frondosi -is convallem umbrosam (*cf. 2* lucum). CYPR. patient. 4 videmus ... -a frondescere, prata florere. EVSTATH. Basil. hex. 5, 6, 2 -a densabantur (*gr.* λόχμαι). *et saepe.* *in nominibus locorum*: VARRO ling. 5, 163 porta Naevia, quod in -bus Naeviis (FEST. p. 169 -a Naevia [*sub lemmate* N. silvam *e Paulo restituto; postea* proverbi⟨um⟩, *cf. Otto, Sprichw. n. 1193*]. *v. Palombi, Lex. topogr. urb. Rom., III 337*). PLIN. nat. 4, 29 in Thessalia ... -s Pteleon.

**β** *illustrantur quaedam accidentia vel attributa -um notabiliora*: (I) *caeditur -s vel arbor eius*: ENN. scaen. 246 utinam ne in -e Pelio securibus caesa accidisset abiegna ad terram trabes (*sec. Eur. Med. 3* ἐν νάπαισι Πηλίου. *inde* PHAEDR. 4, 7, 6 utinam nec umquam Pelii -is iugo pinus ... concidisset. *cf. p. 527, 41*). OV. met. 2, 418 -s, quod nulla ceciderat aetas (CVRT. 7, 5, 34 ne[c]mora ... ⟨et⟩ lucos sacros. STAT. Theb. 12, 526 silv. 4, 3, 50. *al., cf. p. 529, 6; sim.* SEN. Herc. O. 1632 -e succiso [COLVM. 2, 1, 6. HEGES. 5, 21, 4 omnia suburbana -a silvarum, *sec. gr. 5, 523* ἡ ... περὶ τὴν πόλιν πᾶσα, *sc.* ὕλη. *cf. p. 527, 61. 529, 6*]. CALP. ecl. 5, 98 falce -s ... recidere). MANIL. 2, 775 (*in compar.; agitur de urbe condenda*) ruit ... -s saltusque vetusti procumbunt (*sim. cadit -s*: LVCAN. 1, 306 in classem cadit omne -s [ADNOT. ut classes scilicet fiant]. 3, 395 omnia late procumbunt -a [*postea*: silvae]). LVCAN. 2, 678 casu -um (*cf.* STAT. Theb. 6, 85 -um ... ruina [*aliter l. 39*]. MART. 9, 75, 4 strage -um). 9, 429 in -s ignotum nostrae venere secures. SIL. 14, 302 *Archimedes* multas -um consumpserat umbras *ad turrim aedificandam.* STAT. Ach. 1, 428 iam natat omne -s (*sc. unde naves factae sunt*). *al.*

(II) *in -e fit sonitus*: (A) *sonat, resonat sim. ipsum -s* (*saepius c. abl. causae*): POMPON. trag. 10 chelys ... numeros edat varios, quibus adsonet omne virens late -s (*sim.* consonare: VERG. Aen. 5, 149 plausu fremituque virum. 8, 305 strepitu [*cf.* TAC. ann. 15, 37, 3 quantum iuxta -is ... consonare cantu]; insonare: OV. fast. 2, 467 vento; sonare [*cf. p. 527, 44*]: SIL. 7, 459 sonabat omne -s gradiente dea. MART. CAP. 9, 916 [vers.] modis ... Lycaeis. CARM. de mens. 3, 8 avibus). VERG. ecl. 6, 11 te nostrae, Vare, myricae, te -s omne canet (CLAVD. 12, 4). georg. 1, 334 nunc -a ingenti vento, nunc litora plangunt. Aen. 12, 722 gemitu -s omne remugit (SEN. Thy. 675 latratu. STAT. Theb. 12, 603 bellatore [*sc. tauro*]. *cf. p. 528, 38; sim.* mugire *p. 527, 60 et* HOR. epist. 2, 1, 202 Garganum mugire putes -s *eqs.* [PORPH. Gargani silvas]. PS. QVINT. decl. 13, 13 armentis). 12, 929 vocem ... -a alta remittunt. LIV. 21, 33, 6 quos *clamores militum* -a ... *et* valles augebant. MANIL. 3, 656 totum ... canora voce -s loquitur. SEN. Herc. O. 805 omne voces reddit Herculeas -s. Tro. 173 excelsum -s fragore vasto tonuit. CVRT. 3, 10, 2 -a petraeque ... multiplicato sono *vocem* referunt. VAL. FL. 1, 577 omne dei *Boreae* rapidis -s ingemit alis (*cf.* gemere 1, 728 *et p. 527, 51*). *al.* (B) *-s impletur sonitu*: SANTRA trag. 2 oppletum sono ... bacchatur -s. LVCR. 5, 992 -a ac montis gemitu silvasque replebat *homo laceratus* (STAT. Ach. 1, 645 clamore -s montemque). VERG. Aen. 8, 216 omne querelis *boum* impleri -s (OV. met. 3, 180 ululatibus. CVRT. 4, 12, 23 terribili sono. *al.*). HOR. epod. 6, 9 (*ad canem*) cum timenda voce complesti -s. (C) *cetera exempla* (*cf. p. 528, 6*): VERG. ecl. 8, 22 argutumque -s pinosque loquentis. georg. 1, 359 *incipit* -um increbrescere murmur (PS. QVINT. decl. 4, 16). 3, 45 vox adsensu -um ingeminata remugit. LVCAN. 1, 570 magnae ... per avia voces auditae -um. 8, 6 fragorem motorum ventis -um. PETRON. 122 vers. 179 horrendi -is de parte sinistra insolitae voces ... sonuere. CALP. ecl. 5, 56 argutae -s increpuere cicadae. PLIN. nat. 18, 360 -um ... mugitus. STAT. Theb. 4, 798 -um strepitus. *al.*

(III) *-s incolunt*: (A) *homines*: LVCR. 5, 955 *primi homines* -a atque cavos montis silvasque colebant. VERG. Aen. 8, 314 haec -a ... fauni ... tenebant. OV. ars 2, 623 in -e atque antris, non sub Iove, iuncta voluptas *hominum priscorum.* VITR. 2, 1, 1 homines ... ut ferae in silvis et speluncis et -bus nascebantur. SEN. epist. 90, 41. CVRT. 4, 7, 20 incolae -is ... dispersis tuguriis habitant; medium -s pro arce habent (*de eodem loco 16* sedem consecratam deo). MELA 1, 117 his ... -a pro domibus. LVCAN. 1, 453 -a alta remotis incolitis lucis. PLIN. nat. 4, 89 domus iis *Hyperboreis* -a lucique. *al.* (B) *animalia sive domestica, capta sive fera* (*exempla selecta inde ab* OV.): VARRO rust. 2, 5, 11 pascuntur armenta commodissime in -bus, ubi virgulta et frons multa. VERG. georg. 3, 216 nec -um ... meminisse neque herbae (*sc. tauros*). Aen. 12, 719 (*in compar.*) mussant ... iuvencae, quis ⌞-i⌟ imperitet, quem tota armenta sequantur (⌞ ⌟ pecori *var. l.*; SERV. auct. hoc est, qui sunt in -e. *respic. tauri certantes ut*: PHAEDR. 1, 30, 8 expulsus regno -is. VAL. FL. 2, 549 revisit ... patrium -s). HOR. sat. 2, 6, 91. carm. 1, 17, 5 impune tutum (to- *var. l.*) per -s arbutos quaerunt *capellae.* OV. fast. 4, 104 taurus ..., quem toti saltus, quem -s omne tremit. PHAEDR. 2, 4, 3 sus -is cultrix (nemoricultrix *coni. praeter necess. Rittershausen, ed. 1598, comm. p. 108 sq., coll.* pietati-, silvi-cultrix, *quem seq. e. g. Burman, ed. 1718, 118; cf. p. 527, 73 sq.*). SEN. Herc. f. 229 solitum ... Arcadia quatere -a Maenalium suem. CVRT. 8, 1, 11 magnis -bus saltibusque nobilium ferarum greges clusi (*cf. 12* spatiosas ... silvas). COLVM. 8, 1, 4 pecudum silvestrium, quae -bus clausis custodiuntur. MART. 1, 60, 5 *leonem* ⌞-um dominum⌟ regemque (d. -um *var. l.*). *al.*

(IV) *in -e homines venantur, aucupantur*: VERG. Aen. 1, 191 *Aeneas* omnem miscet agens telis -a inter frondea turbam *cervorum* (*cf.* GLOSS. V 120, 15 -a inter frondosa: inter f. arbores). 4, 70 -a inter Cresia ... pastor agens telis (*cf. 72* silvas saltusque. GLOSS.[L] I Ansil. NE 257 inter Cretensium silvas). 4, 118 (SERV. auct. '-s' pro silvis et montibus). 7, 747 gens adsueta ... multo venatu -um. OV. epist. 4, 41. met. 7, 675 sum -um studiosus ... caedisque ferinae. CVRT. 8, 1, 12 muris -a cinguntur turresque habent venantium receptacula. SIL. 4, 561. *al.* STAT. Theb. 9, 688. MART. 1, 55, 7 *homini* exuviis -is rurisque beato. NEMES. auc. 2, 1 (*2, 2* silvas). *al.*

(V) *respiciuntur -a ut poetis aliisve scriptoribus apta, ab eis frequentata vel fere pro arte poetica posita*: CVLEX 22 *tibi, Pales,* sit cura *mei* tenentis aerios -um cultus silvasque virentes. HOR. carm. 1, 1, 30 me gelidum -s Nympharumque ... chori secernunt populo (PORPH. [*ad 32*] lyrico carmini materia de -bus ac fontibus est). 4, 3, 11 *poetam* -um comae fingent Aeolio carmine nobilem. epist. 2, 2, 77 scriptorum chorus omnis amat -s et fugit urbem. PROP. 2, 13, 4 Ascraeum ... habitare -s. 3, 1, 2. 3, 3, 42 Aonium tingere Marte -s (STAT. Ach. 1, 10). OV. fast. 6, 9. LAVS Pis. 233 *Vergilius* forsitan illius -is latuisset in umbra, quod canit, ... si Maecenate careret. QVINT. inst. 10, 3, 22 *quidam* credunt aptissima in hoc (*sc. ad scribendum*) -a silvasque. TAC. dial. 9, 6 poetis ..., ut ... ipsi dicunt, in -a et lucos, id est in solitudinem, recedendum est. 12, 1. PLIN. epist. 9, 10, 2 inter -a et lucos. *al.*

**γ** *respiciuntur singulae arbores magnae, fronde abundantes* (*aliter p. 529, 22*): (I) *quae hyperbolice -a vocantur* (*distingue meton. sub B1 allatas*): OV. epist. 15, 160 quem supra *fontem* ramos expandit aquatica lotos, una -s (met. 8, 744 ingens ... quercus, u. -s. SEN. Oed. 544 ingens

[Ranieri]

arbor ... umbra gravi silvas minores urguet et ... u. defendit ⌊-s⌋ [*nisi acc., ut ad α pertineat*]). SEN. Herc. O. 1475 quercus ... fatidica ... et Parnassio Cirrhaea quatiens templa mugitu -s (*i. laurus Delphica? v. Averna, comm. 2002, ad l.*). OPTAT. 6, 8, 5 *auceps* arborem portans futurum -s stringit in fascem (*postea: arbori aridae* adulterinos inserit ramos). Ⓘ *quae cum -e comparantur, -i similes esse videntur*: SIL. 5, 483 aesculus *altissima* ... instar, aperto si staret campo, -is. PLIN. epist. 5, 6, 39 *in cubiculo* laetissima vitis ... ascendit; non secus ibi quam in -e iaceas, imbrem tantum tamquam in -e non sentias. OPTAT. 6, 8, 4 in faciem -is diffusas arbores.

**b** *speciatim significantur loca, quae incolunt mortui felices* (*dubitanter huc traxit Heraeus in exemplari suo* INSCR. christ. Diehl 3544C [= CIL VIII 14033] -s poss⟨idet⟩): **α** *Elysium* (*cf. p. 516, 63*): VERG. Aen. 6, 639 amoena virecta fortunatorum -um (*eodem spectat* 6, 658 inter odoratum lauris -s [lauri *codd. plerique et pars edd.*]. CLAVD. DON. Aen. 6, 640 p. 591, 30). OV. am. 2, 6, 49 colle sub Elysio nigra -s ilice frondet. SEN. Herc. f. 744 laeta ... -is Elysii loca (Tro. 158 MART. 7, 40, 4. 11, 5, 6. CE 766, 3 [*Viennae, non ante saec. IV*]). Herc. O. 957 -is sacri lucos. STAT. silv. 2, 7, 111 pacis ... -s. 5, 3, 286. MART. 9, 51, 5 -is ... habitator amoeni.
**β** *paradisus, sc. apud Christianos* (*etiam unde expulsi sunt Adam et Eva l. 26. 28*): PS. AMBR. act. Seb. 4, 13 illic -a floscida perpetua viriditate vernantur (*ita cod. palimps. saec. V/VI, v. Sitz. Ber. Wien. Ak. 108, 1885, 27; sim. apud* Regulam mag. 10, 95). *ibid.* in amoenitate -um. RVFIN. Orig. in num. 12, 3 p. 103, 15 divini paradisi -s (FAVST. REI. epist. 5 p. 188, 10). 17, 4 p. 160, 29 sq. (*respic. 24, 6; in imag.*) qui ... incedunt hanc viam, per -a umbrantia incedunt; -a enim sunt iis umbrantia omnis iustorum coetus *eqs.* PRVD. cath. 3, 110 mortifero stipite carpere poma ..., qui medio viret in -e. PAVL. NOL. carm. 31, 42 in excelso laetus agit -e *puer mortuus.* epist. 32, 6 p. 281, 23 (vers.) sacro ... in -e. AVG. serm. 188, 3 in ... fructuosorum -um praedio te perdidisti, *homo,* oboedientiam negligendo. DRAC. laud. dei 3, 753 in -s aeternum ... sedesque beatas. *al.*

**2** *respicitur -s sacrum, deis dicatum, a deis cultum sim.* (*exempla certiora*): **a** *generatim*: **α** *varia* (*selecta inde a* SEN. *trag.*): ACC. trag. 532 -s expirante vapore vides (*eodem contextu 526 sq.* celsa Cabirum delubra, *529* Volcania templa). VARRO Men. 326 prisca, horrida silent oracla[m] crepera in -bus. CATVLL. 63, 2 Phrygium ut -s ... pede tetigit *Attis* adiitque opaca silvis redimita loca deae (*eodem spectant* 63, 32 vadit ... Attis per opaca -a. 63, 52 ad Idae tetuli -a pedem [mem- *var. l.*]. *al. in eodem carmine; cf. l. 64 sq.*). VERG. ecl. 6, 72 (*73* lucus). georg. 1, 16 ipse -s linquens patrium saltusque Lycaei Pan ... adsis ... favens. 2, 21 his *modis arbores creandi* genus omne silvarum fruticumque viret -umque sacrorum (SEN. Med. 608 quisquis ... -is ... s. Pelion densa spoliavit umbra. MELA 2, 36 s. -e nobilia Tempe. STAT. Theb. 5, 186 MART. 1, 12, 3 TAC. hist. 4, 14, 2. *cf. l. 17. 28*). Aen. 7, 83 rex ... lucos ... sub alta consulit Albunea, -um quae maxima sacro fonte sonat. *al.* HOR. carm. 1, 21, 5 *Dianam* laetam fluviis et -um coma. PROP. 4, 9, 24 lucus ubi (*Heinsius,* ab *codd.*) umbroso fecerat orbe -s, femineae loca clausa deae. MAECEN. Sen. epist. 114, 5 ut ... fanantur -is tyranni (*si recte huc; Gallos respici putat Norden, Die antike Kunstprosa I, 1909, 294 adn. 1*). OV. ars 3, 689 est ... Hymetti fons sacer ...; silva -s non alta facit. met. 7, 75 quas *aras Hecates* -s umbrosum secretaque silva tegebat. *al.* SEN. Herc. O. 785 totum ... tauris gemuit auratis -s. Oed. 276 frondifera sanctae -a Castaliae. COLVM. 10, 265 *v. p. 47, 45.* CALP. ecl. 2, 54. VAL. FL. 3, 523 nymphas, undarum -umque decus (*cf. p. 525, 42*). 8, 25 (*24* lucos) heros ... -is sacra se nocte tegebat. STAT. Theb. 4, 425 -i Latonia cultrix additur (*vix* nemoricultrix *per tmesin, ut susp. Burman loco cit. p. 526, 45*). IVV. 3, 13 sacri fontis -s et delubra. TAC. ann. 3, 61, 1 deorum ... monitu sacratum *esse* -s. INSCR. Année Épigr. 1992 n. 891 (*e Sardinia, saec. II*) Silvano ⟨n⟩emoris Sorabensis. RVF. FEST. 16 *Pompeius* apud Antiochiam Daphnensem lucum ... addito -e consecravit. AVIEN. orb. terr. 317 hic fata canit ... Hammon, mugit harenosis -s illic denique lucis. VVLG. iud. 6, 25 -s, quod circa aram *Baal* est, succide. *al.* **β** *deus sim., ad quem -s pertinet, indicatur per gen. vel pron. poss. vel adi.*: CIC. Mil. 85 sancte Iuppiter, cuius ille *Clodius* lacus, -a finesque ... scelere macularat. CATVLL. 63, 12 ad alta ... Cybeles -a (*de eadem dea*: 63, 20 Phrygia ad -a deae. SEN. Phaedr. 1135 Phrygium ... -s matris Cybeles. PROB. Verg. georg. 2, 84 Matris Magnae). OV. met. 8, 741 Cereale -s. fast. 2, 313 Bacchi. CVRT. 4, 7, 22 Hammonis (*de eodem deo*: STAT. Theb. 8, 201 cornigeri vatis. *cf. l. 59*). PLIN. nat. 3, 109 Vacunae. VAL. FL. 6, 497 nostrum (*i. Hecates; cf. 495* lucīs). MART. 4, 64, 17 Annae pomiferum -s Perennae. 11, 18, 4 in quo *rure parvulo poetae* ruta facit -s Dianae (*fort. ironice alluditur ad -s Aricinum, v. sub bα*). *al.* **γ** *numen (femina pro numine habita p. 528, 8), deus, custos sim. -is appellatur* (*sc. pendente gen.* -is *vel* -um): VERG. georg. 1, 14 *Aristaeus* cultor -um (AVSON. 25, 8 [343 S.], 8 c. -um, ... Pan. *sim.* VERG. Aen. 11, 557 -um cultrix, Latonia virgo [*cf. l. 54*]). Aen. 9, 405 -um Latonia custos (HOR. carm. 3, 22, 1 montium c. -umque, virgo *Diana.* MART. 8, 40, 2 non horti ..., sed rari -is, Priape, c. AVIAN. fab. 29, 5). OV. met. 7, 198 di ... omnes -um (fast. 3, 309. GRATT. 105 dea [135 SEN. Phaedr. 783 PRVD. c. Symm. 1, 373]. CVRT. 8, 10, 16 praesidem -is eius deum. ARNOB. nat. 4, 7 p. 210, 2 deus -um Nemestrinus est). 15, 490 nymphae -isque lacusque. GRATT. 17 divae centum, omnes -um *eqs.* (*v. app. crit.; cf. l. 8*). SEN. Phaedr. 406 *Diana* regina -um (STAT. Theb. 4, 34 o -is r. sonori, Calliope). LVCAN. 3, 402 -um ... potentes Silvani Nymphaeque (VAL. FL. 3, 48 Pan -um belli⟨que⟩ p. STAT. Theb. 4, 753 diva p. -um [*ad Hypsipylen; eadem verba* 6, 633 *ad Dianam*]. *al.*). STAT. Theb. 4, 254 ⌊duces⌋ -um (mem- *var. l.*; ⌊ ⌋ *fem.*). CIL VIII 9831 (*ante a. 208*) Dianae deae, -um comiti. VI 124 (*saec. IV²*) ⟨um⟩brarum ac -um incolam ... Dianam.

**b** *speciatim respicitur*: **α** *-s Dianae prope Ariciam situm* (*cf. p. 517, 14 sqq. 518, 6*): CATO orig. 58 lucum Dianium in -e Aricino Egerius ... dedicavit dictator Latinus (STAT. silv. 3, 1, 56 Triviae. TAC. hist. 3, 36, 2. FLOR. epit. 1, 11, 8 [*inde* IORD. Rom. 125 -s Aricinus]. SERV. Aen. 7, 763). VERG. Aen. 7, 775 Trivia Hippolytum ... nymphae Egeriae -ique relegat (*cf. 776* in silvis Italis). PROP. 2, 32, 10 OV. met. 15, 545 fast. 3, 266. *al.* LVCAN. 3, 86 sublime -s. PLIN. nat. 35, 52 in -e Dianae ([merore *var. l.*]. STAT. silv. 4, 4, 15 glaciale. *cf. p. 527, 70*). VAL. FL. 2, 304 -s Egeriae. SIL. 8, 362 immite -s Triviae. *est nomen loci* (*etiam villae ibi sitae; cf.* STRABO 5, 3, 12 τὸ ... Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος. APPIAN. civ. 5, 24 ἀπὸ ... Νέμους): CIC. Att. 6, 1, 25 (*de villa Caesaris*) in ⌊-e aedificando⌋ (*Turnebus,* mentor ed- *al. var. ll.; de eadem* 15, 4, 5 ut veniam ... in -s. *cf. p. 517, 16*). VITR. 4, 8, 4 *aedes* Castoris in Circo Flaminio ... *et* -i (*locat.?*) Dianae. SERV. Aen. 7, 515 '-s': locus haud longe ab Aricia, in quo lacus est, qui speculum Dianae dicitur. **β** *-s fabulosum Hesperidum*: SEN. Ag. 857 linqueret cum iam -s ⌊omne⌋ fulvo plenus Alcides vacuum metallo (⌊ ⌋ *del. M. Müller*). Herc. O. 18 aureum ... -s (*cf.* PLIN. nat. 5, 3 aurifero). *al. in trag.* LVCAN. 9, 365 abstulit arboribus pretium -ique laborem Alcides. MART. epigr. 24, 4 -s ... Hesperidum. **γ** *-s caeli, unde Iuppiter herbas Somno attulit*: FRONTO p. 232, 24 securitatis ... herbae de c. -e advectae (*quo alludatur parum liquet, v. van den Hout, comm. 1999, 528*).

**3** *respicitur -s utilitatis vel delectationis causa consitum vel cultum, hortus sim.*: **a** *generatim* (*exempla selecta inde a* SEN. *rhet.*): VERG. georg. 2, 120 -a Aethiopum molli canentia lana. 2, 308. 2, 401 quotannis ... omne levandum *est* fronde -s (SERV. et arborum et vitium). HOR. carm. 3, 10, 5 quo *strepitu* -s inter pulchra satum tecta remugiat ventis (PORPH. significat arbores esse ... in inpluvio domus). PROP. 1, 14, 5. LYGD. 3, 15 -a in domibus sacros imitantia lucos. SEN. contr. exc. 5, 5, 1 vestras undas ac -a. 5, 5, 2 mentita -a. VAL. MAX. 9, 1, 4 insequentium saeculorum aedificiis et -bus. SEN. dial. 3, 21, 1 *luxuria* vult ... flumina praecipitare, -a suspendere. CVRT. 7, 2, 22 recessus ... amoenos ... -bus manu consitis. PLIN. nat. 12, 13 -a tonsilia. 31, 6 villa ... celebrata porticu ac -e. SIL. 7, 208 Massicus *mons* ... miratus -a et lucentes sole racemos (*agente Baccho ut*: STAT. Theb. 4, 386 pampineum ... -s). STAT. silv. 2, 2, 55 (*descr. villa*) ubi nunc -a ardua cernis, hic nec terra fuit. MART. 1, 116, 1 hoc -s (*sc. circa sepulcrum; de eodem loco 1, 114, 1* hortos). 8, 14, 2 tenerum ... -s (*cf. 1* pomaria). TAC. ann. 3, 54, 4 (*Tiberius ad senatum, ironice*) nostra nos scilicet -a nostraeque villae tuebuntur. PLIN. epist. 5, 6, 19 hippodromi -s comasque. SVET. Aug. 72, 3. GELL. 18, 10, 1 villam ... aquis et lucis, -bus frequentem. AVR. VICT. Caes. 5, 17 lauri -s. CIL VI 1179 (*a. 367/75*) -s vetustate lapsum. VVLG. Esth. 1, 5 in vestibulo horti et -is, quod regio cultu ... consitum erat. PRVD. cath. 3, 76 pomiferi -is munera mitia. *al.* **b** *speciatim respiciuntur horti quidam urbis Romae*: *-s Caesarum* (*v. Papi, Lex. topogr. urb. Rom., III 340*): CIL VI 31566 (= XI 3772a; *aet. Aug.*) ⟨r⟩ivo aquae Augustae, quae pervenit in -s Caesarum (R. GEST. div. Aug. 23 ⟨tr⟩ans Tiberim, in quo loco nunc -s est C. [*gr.* ἄλσος *ut* app. 2, *ubi textus e gr. restit.*]. SVET. Aug. 43, 1). TAC. ann. 14, 15, 2 -s, quod navali stagno circumposuit Augustus. *-s intra porticum Pompei situm* (*v. Gros, Lex. topogr. urb. Rom., IV 148 sq. et e. g. Prop. 4, 8, 75* Pompeia ... in umbra): MART. 2, 14, 10 Pompei dona -sque duplex.

**B** *metonymice* (*apud poetas praeter p. 529, 22, in compar. p. 529, 18 sqq.; exempla probabiliora; metonymias, quae habitantes designant, hic negleximus [v. p. 529, 17 et* SERV. auct. *p. 526, 39]); significari vid.*: **1** *singulae arbores* (*cf.* GLOSS. *p. 526, 51; distingue p. 526, 73 sqq.*): OV. met. 10, 91 *Orpheo psallente* non Chaonis abfuit arbor, non -s Heliadum (*i. pōpulus*), non ... aesculus *eqs.* SEN. Herc. O. 1641 (*in rogo Herculis; cf. 1639* pinus et robur *eqs.*) populea silva, frondis Herculeae -s (frontis H. decus *Heinsius*). Oed. 453 platanus ... et Phoebo laurus carum -s. LVCAN. 9, 399 umbras -um (*in harenis Libyae, cf. Wick, comm. 2004, ad l.; sim.* 9, 944 rarae -um ... frondes). PETRON. frg. 33 vers. 4 (= ANTH. 471, 4) Palladium ... -s (*i. oliva*). STAT. Theb. 4, 455 trunca ... -a advolvunt. 6, 99 fagus Chaoniumque -s (*i. quercus*) ... *et* cupressus. MART. 9, 61, 9 aucto-

[Ranieri]

rem dominumque -s sentire videtur (*6 platanus ... Caesariana, i. a Iulio Caesare sata*). 11, 41, 5 triste -s (*i. arbor, unde delapsus pastor mortuus est*). PHOC. carm. de Verg. 40 Phoebei -is ramum (*i. laurus*). **2** *ligna* (*cf. l. 14*): SEN. Herc. f. 1216 structum acervans -e congesto aggerem **(***respic. rogus faciendus [cf. p. 528, 69] ut*: LVCAN. 7, 806 -s extrue Pindi, erige congestas ... silvas**)**. LVCAN. 3, 450 ut ... satis caesi -is *fuit*. 4, 138 succisum curvare -s. VAL. FL. 1, 122 *Iuno* cernit delatum -s (*sc. ad navem aedificandam*). SYMPH. 62, 1 (pons) stat -s in lymphis, stat in alto gurgite silva.
**3** *frondes (fort. una cum ramis sim.) vel res ex eis factae*: SEN. Oed. 533 cupressus altis exerens silvis caput virente semper alligat trunco -s (*v. ad loc. Hillen, Stud. zur Dichterspr. Senecas, 1989, 160 sqq.*). Tro. 543 *virga crescens* umbras ... terris reddit et caelo -s. VAL. FL. 1, 755 flagrantes aras vestemque -sque sacerdos praecipitat (*an coronam lauream? alii vel folia arae imposita vel lignum sacrificii causa paratum intellegunt vel locum ad A referunt; v. Zissos, comm. 2008, ad l.*). 3, 444 truncas -um ... quercus. STAT. Theb. 3, 113 *te, vates mortue*, et ⌞-s⌟ et ... volucrum reverentia servat (*coronam lauream intellegit Håkanson, Statius' Thebaid, 1973, 17 sq., animalia silvae Snijder, comm. 1968, ad l.*; ⌞ ⌟ metus *coni. Barth*). 8, 546 sic ulmus vitisque ... cadunt, sed maestior ulmus quaerit utrumque -s (*i. utriusque folia; sed locum ad A refert Shackleton Bailey. cf.* silv. 5, 1, 49 qualiter ... sociatam ... vitem ulmus amat miscetque -s). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 263 arboris unius densum -s. SACR. Gelas. 390 (*respic. gen. 8, 11*) -s ore columbae gestatum (test- *var. l.*).

**II** *per similitudinem transfertur ad alias res densas, confertas sim.*: *stramentum lecti*: PETRON. 135, 8 vers. 4 crate saligna impositum Cereris vacuae -s. *hastas clipeo infixas*: STAT. Theb. 8, 705 densis iam consitus hastis ferratum quatit umbo -s. *machinas* (*sc. ad obeliscum levandum*): AMM. 17, 4, 15 ⌞erectis⌟ ... altis trabibus, ut machinarum cerneres -s (⌞ ⌟ *cod. E; de loco corrupto v. app. crit.*).

*appendix stilistica; additamentis indicatur*: **1** *qualitas, quantitas, attributum sim. -is*: **a** *per adi. (exempla selecta); respicitur*: **α** *viriditas, abundantia foliorum*: POMPON. trag. 10 virens (PASS. Mar. Iac. 6, 12 QVODV. prom. 2, 10, 19. *cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 137, 14 viridantia atque opaca). LVCR. 2, 359 frondiferum (SEN. Oed. 276. *cf. p. 525, 47. 526, 51*). **β** *densitas, opacitas*: CATVLL. 63, 32 opaca (VERG. Aen. 8, 108. CVRT. 9, 1, 13 arboribus. *al.; cf. l. 68. p. 530, 1*). VERG. Aen. 1, 165 atrum (OV. epist. 12, 67 piceis et frondibus ilicis. CLAVD. 1, 126). 6, 473 umbriferum (PRVD. ham. 795. *cf. l. 65 sqq. p. 527, 25 et* umbrosum: OV. met. 7, 75 SEN. Oed. 608 CVRT. 6, 4, 3. *al.*). OV. met. 14, 360 densum trabibus -s (fast. 6, 9 arboribus. SEN. epist. 90, 41 PLIN. nat. 2, 237. *al.; cf. l. 71*). SEN. Phoen. 15 obscurum. **γ** *altitudo*: CATVLL. 63, 12 alta (VERG. georg. 3, 393. *al.* OV. met. 1, 591 SEN. Phaedr. 235. *al.* LVCAN. 1, 453. *al. in poesi*). SEN. Tro. 173 excelsum (PAVL. NOL. carm. 31, 42). LVCAN. 3, 86 sublime. VAL. FL. 1, 664 ardua (STAT. silv. 2, 2, 55). SIL. 7, 675 celsi. PLIN. epist. 5, 6, 7 procera -a et antiqua. **δ** *status abditus, seclusus* (*cf. l. 69. 74 sqq.*): VERG. Aen. 6, 704 seclusum. SEN. Med. 753 secreta (PORPH. Hor. carm. 2, 19, 1). Phaedr. 778 abdito. VAL. FL. 2, 598 arcanum. **ε** *varia* (*v. etiam p. 525, 3 sq.*): LVCR. 2, 145 avia (*al. in poesi, v. vol. II 1447, 27 sqq.; cf. p. 530, 2*). VERG. ecl. 6, 11 omne **(**georg. 2, 429 Aen. 5, 149. *al.* PROP. 1, 14, 5 OV. met. 3, 44 fast. 1, 436. *al.* SEN. Ag. 857. *et saepius, sc. apud poetas praeter* PS. QVINT. decl. 13, 13. *cf.* totum: VERG. georg. 2, 308 MANIL. 3, 656 SEN. Herc. O. 785 Oed. 575 CVRT. 8, 10, 15 SIL. 6, 190. *al.* [*in var. lect. p. 526, 41*]**)**. georg. 2, 21 sacrorum (*al., v. p. 527, 40 sqq.*). Aen. 6, 188 tanto (CVRT. 5, 1, 34 QVINT. decl. 298, 14). 6, 658 odoratum (PLIN. nat. 13, 90 FLOR. epit. 3, 5, 29 PAVL. NOL. carm. 31, 587). HOR. carm. 1, 1, 30 gelidum (OV. met. 2, 455. *item respic. frigus*: PLIN. nat. 11, 95 frigidis. STAT. silv. 4, 4, 15 glaciale). 3, 25, 13 vacuum (PROP. 1, 18, 2 OCTAVIA 921). SEN. Herc. O. 1636 priscum **(**VAL. FL. 1, 685. *item respic. vetustas*: SEN. Med. 766 antiqui [PLIN. epist. 5, 6, 7]. Thy. 651 vetustum [IVV. 15, 152]**)**. MART. 9, 51, 5 amoeni (AVR. Fronto p. 30, 4. APVL. met. 8, 18, 6 virectis. *al.*).

**b** *per subst. c. gen. pendente* -is (-um; *exempla pauca selecta; cf. p. 524, 75 sqq.*): VERG. georg. 2, 323 frondi -um (LVCAN. 9, 944 PLIN. nat. 2, 237 PAVL. NOL. carm. 31, 237. *al.; cf.* coma: HOR. carm. 1, 21, 5. 4, 3, 11 LVCAN. 9, 627 AVIEN. orb. terr. 1330). 3, 520 umbrae altorum -um **(**OV. met. 1, 591 [*bis*]. 5, 336 SEN. Med. 608 Tro. 158 LVCAN. 3, 248. *al. in poesi; cf.* tenebrae: VERG. Aen. 6, 238. VAL. FL. 7, 403 in mediis noctis -is⟨que⟩ t.; opacitas *v. vol. IX 2, 655, 71 sqq.***)**. OV. met. 4, 601 -is ... latebras (SEN. Oed. 608. EPIST. Alex. p. 194, 1 -um saxorumque). fast. 6, 755 -is ... recessu (LVCAN. 5, 125. *cf.* PORPH. Hor. carm. 2, 3, 6 secessu). EPIST. Alex. p. 213, 15 -um densitatem (AMM. 31, 10, 10 RVRIC. epist. 1, 17 prae d. -is).

**c** *per adi. neutr. pro subst. positum, unde pendet gen.* -um (-is *p. 530, 4*): OV. met. 1, 594 -um secreta (PORPH. Hor. carm. 3, 25, 1 AMM. 26, 9, 8. *al.; cf.* STAT. Theb. 12, 233 arcana. CLAVD. DON. Aen. 6, 380 p. 559, 12 occulta). COLVM. 6, 22, 2 opacis⟨sima ne⟩morum ac montium (*coni. Lundström*; opaca -um *v. vol. IX 2, 659, 28 sqq.*). LVCAN. 1, 570 per avia ... -um (STAT. Theb. 5, 564 [aera *var. l.*]). CLAVD. DON. Aen. 11, 900 p. 543, 1 aspera (ORIENT. comm. 2, 167 densi -is ... a.). VEN. FORT. carm. 7, 4, 17 aestiva.

**2** *ex qua re -s constet* (*sc. fere ex quibus arboribus; cf. e. g.* PRVD. cath. 8, 45 frequens palmis -s): **a** *per adi.*: PLIN. nat. 4, 18 querno (SIDON. epist. 1, 5, 4 q. acernisque). 16, 242 fagei. STAT. Theb. 4, 386 pampineum (ANTH. 187, 2). MART. 10, 92, 11 laureum. **b** *per gen.* (*cf. p. 525, 2 sq.*): PETRON. 135, 8 vers. 4 *v. p. 529, 26.* PLIN. nat. 5, 73 palmetorum. TERT. adv. Marc. 4, 14, 3 pomorum. AVR. VICT. Caes. 5, 17 lauri (*cf. p. 527, 14*). ARATOR act. 1, 28 olivae.

**3** *ad quos animantes -s pertineat* (*adde l. 26 sq.*): **a** *ad deos, numina: per gen. poss. sim. vel adi. p. 527, 61 sqq. 528, 74. 529, 3, subst. c. gen. pendente* -is (-um) *p. 527, 72 sqq.* **b** *ad homines: per adi.*: VARRO ling. 5, 163 Naeviis (FEST. p. 169). PROP. 4, 4, 1 Tarpeium. *al. per subst. c. gen. pendente* -is (-um): MAECEN. Sen. epist. 114, 5 -is tyranni (*v. p. 527, 47*). CVRT. 4, 7, 20 incolae -is. STAT. Theb. 3, 353 *Amycum* servatorem ... Bebrycii -is. 10, 368 -um ... insignis alumnus *Parthenopaeus*. MART. 9, 51, 5 *v. p. 527, 18. per gen. poss.*: CIL VI 31566 Caesarum (*al., v. p. 528, 58 sq.*). SEN. Phoen. 125 Cadmi. **c** *ad animalia*: PHAEDR. 2, 4, 3 sus -is cultrix (*v. p. 526, 43*). MART. 1, 60, 5 (*v. p. 526, 49*). LACT. Phoen. 57 *phoenix* -um ... sacerdos.

**4** *locus -is: per adi.*: ENN. scaen. 246 Pelio (PHAEDR. 4, 7, 6). CATO orig. 58 Aricino (*al., v. p. 528, 13 sqq.*). *et saepissime. per gen. nominis habitantium*: CIC. Verr. II 4, 106 Hennensium. VERG. georg. 2, 120 Aethiopum. SIL. 2, 63 Autololum. *per gen. nominis loci*: CATVLL. 63, 52 Idae. VERG. Aen. 8, 345 Argileti. *et saepe.*

*deriv.*: nemoralis, nemorensis, nemoreus, nemorosus.

*compos.*: nemorivagus; *cf. p. 526, 43.*

*cf. Onom.* (*v. etiam p. 524, 63*). *Ranieri.*

**nēmut** *coniunctio.* [*ad* nē-m- *v.* nempe *p. 518, 48; accedit particula* -ut < *k$^{w}$ut$ə_2$ *'sicut', v. Dunkel, Lex. der indogerm. Partikeln II, 2014, 439. Mei.*] *trad. contextu mutilo* NAEV. carm. frg. 58, *explicatur* FEST. p. 162 'nisi etiam' vel ⌞'nempe'⌟ (*suppl. e* PAVLO).

**[nēnē** *falsa var. l. pro* ne VITR. 5, 3, 2.**]**

**nenechon** *v. p. 504, 12.* *Spoth.*

※**nēnia,** -ae *f.* [*originis obscurae; fort. e phrygio, cf. gr. νηνία 'cantus lugubris' et νηνίατον* (*sc. μέλος, cf. l. 69*) *'melos tibiarum phrygium vel cantus ad id editus'. v. Walde-Hofmann II 159; Greppin, Am. Journ. Phil. 108, 1987, 487 sqq. Mei.*] *de origine, sc. gr., v. l. 65 sqq.* *scribitur* naen- *saepius in codd. rec.,* nin- GLOSS. V 544, 47 (*sed* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 288 per e scribendum); *litt. gr. p. 531, 13.* NOT. Tir. 103, 78 -a (*inter cibos plerumque carnis porcinae, v. Heraeus, Kl. Schr., 1939, 70 sq. ad l.; cf. sub IIA*). *de formis: inter feminina semper pluralia afferunt* CHAR. gramm. p. 36, 7 -ae *ἐπιτάφια* (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 549, 19 *ἐπιτάφιοι*). DIOM. gramm. I 328, 3 PHOC. gramm. V 428, 11. *adde l. 56 sq., cf. l. 58 sq.* *de notione (cf. l. 65 sqq. p. 531, 50 sqq. 59): sing.* -a, -am: GLOSS. *ἐπικήδειον. ἐπιτάφιος ᾠδή. ἐπιτάφιος* (*cf. l. 46 sq.*), carmen funebre. ineptum carmen. finem, alias carmen mortuorum. GLOSS.$^{L}$ II Philox. NA 7 *ἀτοπία* (*ἀτον- cod.*). *plur.* -ae, -as: GLOSS. cantica in mortuos. carmen funebre mulierum vel deleramentum. finis vel vilissimas fabulas vel epitaphia, idest carmina qu(a)e ... in tumbis scribuntur. superfluas loquacitates, fabulas inanes seu vilissimas res. mendacium. *sim. al.*; per -as: per fabulationes. per fabulationes vacuas. *nota*: GLOSS. II 284, 14 *ἐγκώμια νεκρῶν*: -ae, singularia non habet (*sim.* 462, 61 *ὕμνοι ἐπὶ τοῖς νεκροῖς*: -ae, s. n. h. *cf. l. 45 sqq.*). *legitur inde a* PLAVTO (*sc. sub II*), *?* AFRAN. (*sc.* com. 218, *v. l. 70*), CIC., VARRONE; *de numero v. l. 63. p. 531, 64.* [*e coni. p. 532, 41 et* PETRON. 58, 7 alogas -as (alogias menias *cod.*).]

**I** *usu communi significantur*: **A** *cantando, dicendo, scribendo sim. prolata* (*v. Dutsch in: Lament. Studies in the Ancient Mediterranean, ed. Suter, 2008, 258 sqq.*): **1** *notione strictiore et ad bonam vel neutram partem vergente respiciuntur genera cantus aut litterarum* (*plur. praevalet inde ab* ARNOB.): **a** *cantus sim., quo mortuus lugetur vel honoratur: testimonia vet.* (*addidimus ad originem gr. spectantia*): CIC. leg. 2, 62 *ut laudes defunctorum* cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen -ae, quo vocabulo etiam ⟨apud⟩ Graecos cantus lugubres nominantur **(***vox νηνία in gr. non invenitur [v. p. 531, 13 sq.]; sed cf. Hipponax fr. 163 W.* [*173 D.*] *νηνίατον* [*μέλος*]**)**. FEST. p. 161 ⌞-a est ⟨carmen, quod in funere laudandi⟩ gratia can⟨tatur ad tibiam⟩⌟ ... ⟨Afra⟩nius in Materte⟨ris⟩ **(**⌞ ⌟ *suppl. e* PAVLO p. 163, *ubi seq.*: sunt, qui eo verbo ⌞finem significari⌟ [*v. IIB*] putant; quidam volunt -am ideo dici, quod voci similior querimonia flentium sit; quidam aiunt -ae ductum nomen ⌞ab extremi intestini vocabulo⌟ [*v. IIA*]; Graeci enim *νέατον* extremum dicunt; sive quod cordarum ultima *νήτη* dicitur, extremam cantionis vocem -am appellarunt**)**.

*[Zissos]*

QVINT. inst. 8, 2, 8 carmen funebre proprie -a (SCHOL. Hor. carm. 2, 20, 21). PORPH. Hor. carm. 2, 1, 38 -a lugubre carmen est, quod in mortuos canitur; Simonides *Ceus* ... lyricus poeta *θρήνους* ... optime scripsit (*[postea*: lugubria *poemata*]. *sim.* SCHOL. Hor. c. l. ..., quod nunc graece epitaphion appellatur *eqs.; adde l. 8*). 2, 20, 21 -ae ... cantus sunt funerum. NON. p. 145, 24 -a, ineptum et inconditum carmen, quod a conducta muliere, quae praefica diceretur, is, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. SCHOL. Hor. carm. 3, 28, 16 (*ad l. 55*) lugubri carmine ...; carmen est, quod mortuis cantabatur in honorem inferorum. DIOM. gramm. I 485, 6 (*antea de elegia*) apud Romanos ... id carmen, quod cum lamentatione ... ultimum mortuo accinitur, -a dicitur *παρὰ τὸ νείατον eqs.* LYD. mag. 1, 33, 3 *λέγεται δὲ παρ' αὐτοῖς* (*sc. Ῥωμαϊκοῖς*) *τὸ ἐπιτάφιον νηνία ..., ὅτι νήτην τὴν ἐσχάτην τῶν ἐν κιθάρᾳ χορδῶν Ἕλληνες καλοῦσιν. adde l. 51. 60.*

**α** *usu originario ut vid. de eo, qui in ipso funere profertur* (*doctorum sententias collegit Pieroni, comm. 2004, ad* FEST. *p. 530, 69; de re v. e. g. Kierdorf, Laudatio funebris, 1980, 96sqq.; cantatur a praefica l. 7 [aliter l. 20], a choro l. 24, a liberis l. 25, comitantibus tibiis l. 19. 22. p. 530, 66. 70.* [*cf. l. 28*]): VARRO frg. Non. p. 67, 8 -am cantari solitam ad tibias et fides (*item* p. 145, 28, *ubi antea*: ibi a muliere, quae optuma voce esset, perquam laudari). HOR. carm. 2, 20, 21 absint inani funere -ae luctusque turpes. OV. fast. 6, 668 quaeritur in scaena cava tibia ...; ducit supremos -a nulla toros (*660* cantabat ... tibia funeribus). SEN. apocol. 12, 3 ingenti ... *μεγάλῳ χορικῷ* -a cantabatur anapaestis (*13, 1* delectabatur laudibus suis Claudius). SVET. Aug. 100, 2 canentibus -am principum liberis. AMM. 19, 1, 10 per ... *dies* septem viri ... saltando et cantando tristia quaedam genera -arum regium iuvenem lamentantes. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 437 p. 729 ut ... nunquam lamenta ... cessarent ... *et* conducerentur tibicines -arum (*cf. gr. τοὺς αὐλητάς, οἳ θρήνων αὐτοῖς ἐξῆρχον*). *per irrisionem ut vid. cantatur vivo*: PANEG. 2, 37, 3 *pars civium obsidione liberatorum* tyranno, *sc. Maximo victo,* funebres -as et carmen exsequiale dicebat. **β** *de eis, quae quolibet loco vel tempore post funus proferuntur sim.* (*sc. fere de epitaphio, titulo sepulcrali*): HOR. carm. 2, 1, 38 ne relictis, Musa procax, iocis ⸤Ceae⸥ retractes munera -ae (⸤ ⸥ *v. l. 3*). AVSON. 10 praef. B (159 S.), 5 -a, funereis satis officiosa querellis, ... ne ⸤tacitum⸥ (*adv.*; tacitus *cod., coni. alii alia*) munera *Parentalium* praetereas (*item in apostrophe*: 11, 3 [193 S.], 2 rhetora *quendam* ..., -a maesta, refer *eqs.* 11, 10 [200 S.], 45 pange ... *cuidam* flebile, Musa, melum et memora ..., -a, grammaticum). 10, 9 (168 S.), 2 hactenus *non immature mortuos* ... cecinit -a nostra (10, 15 [174 S.], 2). 10, 17 (176 S.), 2 *mortuum quendam* modulamine -a tristi tacitum sine honore *non* relinquat. 10, 28 (187 S.), 7 *consobrinam* celebrat ... -a carmine funereo. 11, 4 (194 S.), 5 honore maestae ... -ae (*adde l. 37*). SIDON. epist. 1, 9, 7 mea carmina ... epitaphistarum -is comparabuntur. 2, 8, 2 -am funebrem ... per hendecasyllabos marmori incisam. 4, 11, 6 cineri ... -am condimus tristem luctuosamque (*7 flendo* feci ... ad epitaphium, quod alii fecerunt ad sepulcrum). 7, 17, 1 *mortuo* -am sepulcralem luctuosis carminibus inscribere.

**b** *varia genera*: HOR. epod. 17, 29 *olim* negatum vincor ut credam miser Sabella pectus ⸤increpare⸥ (*codd.*; et cremare *Shackleton Bailey, alii alia*) carmina caputque Marsa dissilire -a ([PORPH. posuit ... -am pro incantatione; alioquin -a proprie carmen est, quod mortuis cantatur. SCHOL. -a: carmine mortuorum; '-a' pro maligno carmine posuit]. *item de cantibus magicis* [*cf. p. 532, 34*]: OV. ars 2, 102 mixta ... cum magicis ⸤-a M.⸥ sonis [⸤ ⸥ M. venena *var. l.*]. fast. 6, 142 *striges* carmine fiunt -aque in volucres M. figurat anus). carm. 3, 28, 16 dicetur meritā Nox quoque -ā (*item de cantu sopiente, leniente sim.*: ARNOB. nat. 7, 32 p. 383, 11 *deis* lenes audiendae sunt -ae? MART. CAP. 9, 925 *homines* iras ... inferas per -as sedavere). epist. 1, 1, 63 (*59sq.* 'rex eris ..., si recte facies') puerorum ... -a ... maribus ... decantata Camillis (SCHOL. ludus, cantilena ...; aliter -a laus mortuorum [*confert l. 55*]). ARNOB. nat. 6, 12 p. 321, 6 *Apollo* citharistae gestus servans, cantaturi et -as histrionis (*sc. cantatoris theatrici, v. vol. VI 3, 2845, 30*). AMM. 31, 13, 19 certamina multa (*sc. strages militum*) fabulosae -ae flevere Graecorum (*vix ad aβ*).

**2** *notione laxiore, sc. ad malam partem vergente (non nisi plur.); respiciuntur*: **a** *potius inepta, gravitate carentia sim.* (*de variis generibus litterarum, praeter l. 70 a parte auctoris per affectatam modestiam*): PHAEDR. 3 prol. 10 legesne, quaeso, potius viles -as ... quam *eqs.*? 4, 2, 3 levi ... calamo ludimus, sed diligenter intuere has -as: *eqs.* (*sed in 4, 1 agitur de asini morte*). HIST. AVG. Alb. 12, 12 *Albinum* laudandum ... duxistis, cum ille -is quibusdam anilibus occupatus inter ... ludicra litteraria consenesceret. FVLG. myth. 1 praef. 2 meas cachinnantes ... -as lepore satyrico litas. PAVL. NOL. epist. 32, 9 (*antea*: ineptiis) *ecclesiae parietes obscuratae* -is insipientiae meae. CONSENT. Aug. epist. Divj. 12, 6, 1 in conscribendis tam prolixis -is. SIDON. epist. 5, 1, 2 vobis aliquid -arum munusculi vice ... detuli (*de epistulis suis ut*: 7, 18, 4 his ... -is). **b** *potius veritate carentia, fide vera aliena*: TERT. adv. Val. 29, 4 si plenam ... notitiam ... adprehenderint istarum -arum. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 19 quasi fabulae cuiusdam -as narratas sibi dicit *ἀδολεσχίας eqs.* (*20* superflua ... loquitur haereticus). HIER. epist. 57, 13, 1 accusatorum meorum -as et probrosas querellas. 120, 10, 2 *quorundam* heresim defendere et Hiberas -as Aegyptiaque portenta sectari (praef. Vulg. pent. p. 65, 10 [*opp.* libris authenticis]). 143, 2, 2 ineptissimis -is *Anniani* respondere. 152, 2, 2 de ... Pelagii ... -is et garrulitate Celestii. c. Ioh. 37 l. 47 *haereticus quidam multitudinem suorum* cohortatur ..., *ne* nostris -is terreatur. in Is. 10 praef. l. 14 G. *Rufini* -ae et lugubres cantilenae. in Matth. praef. l. 83 omnes apocriphorum -as ... hereticis ... canendas. c. Vigil. 6 *fictas revelationes* legendas propone in tabernis tuis: ut facilius per has -as vulgus ... provoces ad bibendum. CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 129, 19 perpellente copia tepentium -arum. GREG. TVR. Iul. 1 p. 564, 9 fanatici erroris -ae. PALLAD. hist. mon. I 38, 2 p. 309[D] haereticorum ... -as (*gr. p. 117, 6 τῶν αἱρέσεων*). PELAG. I defens. 6 p. 65, 11 ad tales fabulas, immo -as. LICINIAN. epist. 1, 6 de stellis -as Origenis. *al.*

**B** *agendo vel fingendo sim. effecta* (*sc. inania, gravitate aut veritate carentia sim.*): PETRON. 46, 4 *filius meus* in aves morbosus est; ... iam tres cardeles occidi ...; invenit tamen alias -as. 47, 10 gallum ... gallinaceum ... et eiusmodi -as rustici faciunt *coquendo.* PRVD. cath. 11, 34 caeca vis mortalium venerans inanes -as (*seq.* vel aera ... vel ligna credebat deum. *de idolis paganis, ut fort.* CASSIOD. in psalm. 4, 3 l. 78 qui *post adventum creatoris* idolorum -as inquirebat [*l. 72sq.* adorare ... idola falsitatis]). CONC.[S] I 5 p. 255, 32 insisto -is inaniter et interrogationes superflue facio (*gr. I 6 p. 113, 25 παρενοχλῶ μάτην*).

**II** *usu peculiari significatur*: **A** *intestinum* (*extremum sec. l. 37* [*cf. p. 530, 73*], *ubique animalis; affertur inter cibos deis oblatos apud* ARNOB. [*cf. p. 530, 43*], *cuius loco utroque coni.* taeniae *Scaliger, Vrsinus*): PLAVT. Bacch. 889 nobis veruinast domi, qua quidem te faciam, si tu me inritaveris, confossiorem soricina -a (*confundi soricis c. leporis intestino pluribus locis perforato putat Sedgwick, Class. Rev. 44, 1930, 56sq.; quid ceteri docti de loco arbitrati sint, complectitur Dutsch, Mnemosyne 59, 2006, 421sqq., ipsa intellegens cantum magicum soricis avis, ut locus ad IA1b pertineat*). ARNOB. nat. 7, 24 p. 371, 6 (*antea*: silicernia *et* farciminum genera) quid *sibi volunt* taedae, quid -ae, quid offae ... penitae? ex quibus, quod primum est ..., quod in secundo situm est, intestini est perrectio, per quam proluvies editur. 7, 25 p. 374, 12 *dei non* prius iras ... ponunt nisi sibi adoleri paratas conspexerint -as offasque reddi penitas. **B** *i. q. finis* (*cf. p. 530, 50. 52. 71*): PLAVT. Poen. 231 *feminas se ornantes numquam* lavando et fricando scimus facere -am (*restit. Gruter,* finem *Leo c. Lambino,* eniam *vel* nniam *codd.*). Pseud. 1278[a] id fuit -a ludo. Truc. 213 huic homini amanti mea era ... -am dixit domi.

*deriv.*: nenior, neniosus. *cf. Onom.*

**nēnior, -ārī.** *a* nenia. *i. q. nenias loqui*: DOSITH. gramm. 97, 20 *εἰκαιολογῶ*: -or. GLOSS.[L] Corp. N 80 -or: vana loquor (GLOSS. V 313, 34. 544, 48).

**nēniōsus, -a, -um.** *a* nenia. *scribitur* nin- *praeter l. 51. i. qui multas nenias dicit*: GLOSS.[L] II Abav. GA 8 garrulus: -us, argutus (NI 13 -us: g., nugax, nugator. GLOSS. IV 595, 42 g.: verbosus nugator ... vel -us. V 605, 22). GLOSS. III 334, 13 *βαττολόγος*: neniosus (i *supra* e). *Zissos.*

**[nēnisī** *vix recte addit inter coniunctiones causales cod. N* CHAR. gramm. p. 290, 8 (*ex Cominiano*); *deest in cod. P et locis geminis, e. g. Don. gramm. mai. 2, 15 p. 647, 4.*]

**[nēnu(m)** *olim in lexicis pro* noenu(m).] *Spoth.*

**neo,** nēvī, nētum, nēre. [*a radice* *sneə₁- *'nere', cf. eiusdem notionis verba gr. νῆν, νήθειν, hibern. med.* sníid, *theod. vet.* nāen. *v. Walde-Hofmann II 159sq.; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben,* ²*2001, 571sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 405. Mei.*] *scribitur* ni- *in codd. vet. p. 533, 27. 534, 17, rec. l. 70. al. et e. g.* GLOSS. IV 124, 42 (*p. p. p.* nit- *e. g.* VITAE patr. Iurens. 173 [*var. l.*]. GLOSS. III 471, 24). *de formis* (*affert pro exemplo* VARRO ling. 9, 109 *iuxta* meo, ruo): *1) stirpis praes.*: -eunt LYGD. 3, 36 (*sed* canunt *c. Heinsio malunt Tränkle, comm. 1990, et Antolín, comm. 1996*). TERT. *p. 533, 33.* VET. LAT. Matth. 6, 28 *et* Luc. 12, 27 (cod. 3. *al.* Hil. in Matth. 5, 11 Aug. civ. 10, 14 spec. 25 p. 160, 6. *al., in var. l.* VVLG.). GLOSS. IV 123, 2. *al.* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 567*); -eiat *p. 533, 34* (*coni.*), -eio GLOSS. III 77, 45; -eent *in var. l.* VET. LAT. Matth. 6, 28 (Aug. civ. 10, 14). Luc. 12, 27 (Aug. spec. 27 p. 189, 8 *et* VVLG.), -eere *p. 533, 27 et* AVG. loc. hept. 2, 151. *al.*, -eet GLOSS. V 314, 2 (niit *cod.*). *al.; part.* -eunt- *p. 533, 30,* -eent- *p. 533, 53 et* GLOSS.[L] II Abav. NE 16. *al.* *2) stirpis perf.*: -evi, -evisti *etc. passim (testatur* PRISC. gramm. II 373, 2. *al.); formas syncopatas ut e. g.* -esti(s), -erunt (*testatur idem ibid.* 508, 10 sq.) *exhibent auctores p. 533, 41. 56. 534, 23 et* FRONTO p. 236, 12 (-everit *cod. sec. edd. quosdam*). GLOSS. V 467, 64 -erant; *ceterum* -ierunt, -eerunt

*[Goldstein]*

*p. 534, 17sq.,* -eerant GLOSS. IV 261, 32 (*cf.* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 445 -verat: -eerat, filaverat), -eurant *in var. l.* VVLG. exod. 35, 25 (*v. p. 534, 21*), -uit *l. 7.* *de prosodia*: CHAR. gramm. p. 317, 19 prima syllaba ex correpta producitur perfecto, velut ... -eo -es -ēvi *eqs.* (*item* EXC. Bob. gramm. I 564, 26 PRISC. gramm. II 459, 27). *de notione*: GLOSS. -o: νήθω. -et: filat. -ere: νήθειν. -entes: fila torquentes. -tum: νενησμένον. -to: torto. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NU 74 -uit: operavit, texit. Corp. R 148 reverant (*i.* nev-): spunnun (*anglosax.*). *sim. al.; v. etiam p. 534, 32.* *legitur inde a* PLAVTO, *in orat. soluta non ante* PLIN. nat. [*confunditur in codd. c.* novisse OV. Pont. 1, 8, 64 VVLG. exod. 35, 25, tenere GLOSS. III 209, 48, venire SIL. 7, 81; *restit. l. 7. 44. p. 534, 28; v. etiam p. 413, 41. 418, 62.*]

*i. q.* νεῖν, νήθειν (*-ent animantia eorumve manus sim., sed alia l. 36* [*cf. l. 28sqq.*]); *respicitur actio*: **1** *deducendi filum* (*distingue usum illustratum l. 71sqq.*): **a** *quodlibet*: **α** *cum obi. effecto q. d.*: PLAVT. Merc. 518sq. (*senex puellae*) possin tu, si usus venerit, subtemen tenue -ere? :: possum. :: si tenue scis, scio ⌊te uberius posse -ere⌋ ([*fort. obscenum, v. Enk, comm. 1932, ad l.*]. TER. Haut. 293 anus s. -bat. FRONTO p. 236, 12 AMM. 23, 6, 67). OV. medic. 14 matrona ... assiduo durum pollice -bat opus (*cf. l. 41*). fast. 2, 771 *Lucretia* stamina -vit (ARNOB. nat. 3, 21 *di veste* indigent ..., ut virgo Tritonia ⌊curiosius stamen⌋ -eat [*v. app. crit.*]. AMM. 23, 4, 14 lintea s. *cf. l. 38sqq.*). SEN. Herc. O. 669 quaelibet herbae tinxere colus, quas indoctae -vere manus. Phaedr. 662 *Hippolyto* fila potius ... -visset *Ariadne* (*cf. l. 41sq.*). IVST. 1, 3, 2 *Sardanapallum inter scorta* purpuras colo -entem. ISID. orig. 19, 29, 2 quod -tum est. **β** *sine obi.* (*cf. l. 44*): PROP. 3, 6, 16 *era* medio -bat et ipsa loco. VET. LAT. exod. 35, 18 (cod. 100) omnis mulier sapiens intellectu manibus nire (*sim.* Aug. loc. hept. 2, 151 -eere; *gr. 35, 25* νήθειν, *brevius Vulg.* mulieres doctae). Matth. 6, 28 (cod. 3. *al.*) *lilia* non ⌊laborant⌋ neque -eunt (*gr.* νήθουσιν, cod. 6 *et* VVLG. -ent; *cf.* HIL. in Matth. 5, 11 lilia non laborantia neque -euntia [-ent- *var. l.*]. ⌊ ⌋ *sim. disting. loco gemino* Luc. 12, 27 [cod. 2. *al. et* VVLG.; *gr.* νήθει], *ubi sec. var. ll. gr.* cod. 8. *al.* non l., non -eunt neque texunt, cod. 5. 6 *disting.* texunt *tantum, unde* TERT. adv. Marc. 4, 29, 1 non t. nec -eunt [-ent *var. l.*]). AVG. serm. 37, 14 videte, quemadmodum -eat, immo videte, quemadmodum -eiat (-eat *var. l.*) – dum omnes instruantur, grammatici non timeantur.

**b** *vitae, fati sim.; deducunt*: **α** *Parcae* (fatum *l. 49,* colus *l. 54*) *homini* (*homo Parcarum vice l. 44* [*cf. p. 534, 26*]; *obi. facile suppl es l. 44. 51*): Ⓘ *proprie vel in imag.*: TIB. 1, 7, 1 fatalia -entes stamina (OV. met. 8, 453 s. ... fatalia pollice -entes. Ib. 244 Clotho ... -vit et infestā s. pulla manu. trist. 5, 3, 25. *cf. l. 19sqq.*). OV. Ib. 76 quae ... ratum triplici pollice -tis opus (nect- *var. l.*). Pont. 1, 8, 64 -erunt ... fortia fila (CE 436, 8 [*Romae; saec. II$^{2}$*] sic ... -vere super vobis vitalia f. CLAVD. 20, 461 ultima. *cf. l. 23*). ELEG. in Maecen. 1, 140 Nestoris ... vicisses saecula, si me dispensata tibi stamina -ente forent (*restit.,* nempe *trad.*). SEN. apocol. 4, 1 vers. 19 plus solito -vere manus. Ⓘⓘ *translate*: LYGD. 3, 36 sorores, stamina quae ducunt quaeque futura -eunt (*sed cf. p. 532, 64*). EPICED. Drusi 164 hanc lucem celeri turbine Parca -eat. STAT. Theb. 4, 600 hos ... -verat annos Atropos (CE 1114, 2 vixdum ter denos fatum mihi -verat a.). AVG. c. Faust. 20, 9 p. 544, 24sqq. *tres sunt Parcae* propter tria tempora: praeteritum, quod in fuso iam -tum atque involutum est; praesens, quod inter digitos -entis traicitur; futurum ..., quod adhuc per digitos -entis ad fusum ... traiciendum est ([*inde* ISID. orig. 8, 11, 92, *ubi bis* -eent-]. SIDON. carm. 7, 600 felix t.). *-etur ordo mundi*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 64 (*Lachesis Plutoni*) leges, quas dedimus -vitque colus.

**β** *homo sibi ipsi*: CARM. epigr. Afr. Cugusi 41, 2 (*tit. sepulcr.; saec. II ex./III in.*) si tempora longa fuissent, felix ... fortem (*i. fortunam*) -erim.

**2** *texendi*: *vestimentum* (*huc etiam p. 534, 30*): VERG. Aen. 10, 818 tunicam, molli mater quam -verat auro (*inde* AVSON. 18 [354 S.], 50. *explicat* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 392, 31sqq. -verat, inquit, non fecerat, quod primo fit: ante texturam hoc posuit ...; quomodo enim posset in usum venire hominis, nisi et ⌊-tum aurum fuisset⌋ et textum? [⌊ ⌋ *ad p. 534, 2 sqq.*]). SEN. Herc. O. 571 cape hos amictus, nostra quos -vit manus *eqs.* STAT. Theb. 9, 691 *Parthenopaeus habet* lucentes ... auro tunicas – hoc -verat unum mater opus *eqs.* PS. PHILO antiq. 40, 6 albam, quam -vit mater mea, tinea comedet *eqs.* CLAVD. 1, 224 palla ..., quam -verat uxor ... percurrens ... telas (SIDON. carm. 5, 28). 22, 334 *vestem* eodem -vimus auro, aurea quo Lachesis ... saecula texit (*nisi ad 4*). *carmen* (*usu translato*): AVSON. Mos. 396 mollia subtili -bunt ... carmina filo Pierides (*v. Green, comm. 1991, ad l.*).

**3** *redigendi materia in formam quandam, sc. accedit obi. affectum q. d.; e materia fit*: **a** *filum* (*distingue l. 13sqq.*): PLIN. nat. 19, 14 *frutex quidam* similem ... barbatae nucis fructum defert, cuius ex interiore bombyce lanugo -etur. 19, 18 linum ... -ere et viris, *sc. Romanis,* decorum est ([*secl. André*]. VLP. dig. 32, 70, 11 *l.* tam factum quam infectum ... quodque -tum quodque in tela est, quod est nondum detextum. PALLAD. hist. mon. II 3 p. 348$^{B}$ oro ... -ens l. [*gr. p. 21, 19* νήθουσα. *an ad 1a?*]). 33, 62 -etur ac texitur lanae modo vel sine lana (*sc. aurum ut*: EDICT. imp. Diocl. 28, 2 [Zeitschr. Pap. Epigr. 34, 1979, 176; *Aezanis*] ⟨au⟩ri -ti [*gr. 30, 2 L.* χρυσοῦ ἐνησμένου]. FIRM. math. 3, 3, 14 eos, qui -to a. vestes pingunt. ALC. AVIT. carm. 6, 36 -to quae fulgurat a., vestis. CORIPP. Iust. 1, 278 vestem, Iustinianorum series ubi ... laborum -to a. insignita fuit. *adde p. 533, 61 et cf. vol. II 1501, 27sqq.*). VLP. dig. 32, 70, 2 (*1 lana* facta ... sive infecta) ea *lana* ..., quae -ta non est, ... et ea, quae -ta est, ut puta stamen *eqs.* (*ibid. iterum.* AVG. serm. 37, 13 quae filo ducenda et -enda transeat in fusum [*inde* PS. AVG. serm. 58, 3 CAES. AREL. serm. 139, 3]. VITAE patr. Iurens. 173). 32, 70, 12 *versicoloribus legatis continentur,* quae ... -ta *sunt,* quae ... *non* contexta sunt. TERT. cult. fem. 1, 1, 3 si ab initio rerum ... Seres arbores -rent *eqs.* VET. LAT. exod. 25, 4 (cod. 102) ⟨h⟩yacynthum, purpura, coccum -tum et byssum tortum ([*gr.* κόκκινον διπλοῦν καὶ β. κεκλωσμένην, *Vulg.* bis tinctum]. 26, 1 [cod. 100. 102; *gr.* κεκλωσμένου, *Vulg.* bis tincto]. 36, 9 [cod. 100, *sim.* Epiphan. Avell. 244, 54; *gr.* νενησμένου, *Vulg. 39, 2* bis tincto]. *al.*). 35, 19 (cod. 100) -ierunt capillos caprinos (*sim.* Aug. loc. hept. 2, 152 -eerunt; *gr. 35, 26* ἔνησαν, *Vulg. aliter; cf. l. 21*). EDICT. imp. Diocl. 11, 2 L. pili -ti ad zabernas vel sacc⟨o⟩s (*3* pilorum ad funem confect⟨o⟩rum). VVLG. exod. 35, 25 *mulieres* dederunt, quae -verant: hyacinthum, purpuram ... et pilos caprarum (*cf. l. 37*). PAVL. NOL. carm. 25, 106 -to vellere texta *eqs.* SIDON. carm. 22, 199 *coniugem* ⌊stamine fulvo⌋ praegnantis fusi mollitum -esse metallum (⌊ ⌋ *abl. resultativus ut vid., cf. l. 9; de alia explic. v. Delhey, comm. 1993, 179*). *al.* *-et femina Parcae vice*: MART. 6, 3, 6 tibi ... trahet aurea pollice fila et totam Phrixi Iulia -bit ovem. **b** *textum, rete* (*distingue p. 533, 57sqq.*): SCHOL. Iuv. 6, 80 ('testudineo ... conopeo') linum tenuissimis maculis -tum (*restit.,* nanctum *trad.*).

**4** *ornandi vestimentum arte phrygionia* (*hucine p. 533, 66?*): SIL. 7, 81 (*simul pertinet ad 2*) acu et subtemine fulvo quod nostrae -vere manus, venerabile donum (*sc. pallam; cf. Verg. Aen. 3, 483*).

**5** *suendi* (*p. p. p. pro adi., ut vid.*): GLOSS.$^{L}$ Corp. N 74 -tum: gesiuwid (*anglosax.*).

*part. praes.* -ens *pro subst.*: *v. p. 533, 51sq.*

*p. p. p.* -tus *pro adi.*: *v. sub 3 (e. g. l. 14. 22) et 5.* *neutr. pro subst.* (*cf.* GLOSS. -tum: νῆμα): VET. LAT. exod. 35, 18 (cod. 100) *mulieres* adtulerunt -tum: hyacinthum et purpuram *eqs.* (*gr. 35, 25* νενησμένα, VVLG. *v. l. 21*). HIER. epist. 130, 15, 2 fila deducito vel ... -ta ... in globum collige. ISID. orig. 19, 29, 4 -tum: fila ...; panuliae ...; stamen *eqs.* (*post* -tum *lacunam indicant transl. Barney et al., 2006, et Valastro Canale, 2006*).

*deriv.*: nemen, netorium, netrix, netura, 2. netus (-ūs).

*compos.*: per-, reneo. *Goldstein.*

※**neōcorus,** -ī *m.,* νεωκόρος (*quod infra gr. resp.*). *de scriptura varia et formis gr. v. imprimis sub 1, ceterum l. 58. 59. 71sqq. 75.*

*fere i. q. aedituus, templi custos sim.* (*pro syn. ponitur* aedituus *l. 72, sed hic illic munus superius sacerdotale respici vid., v. l. 61. 63sqq.; ad rem cf. e. g. Hanell, RE XVI 2422sqq.*); *respicitur cultus*: **1** *imperatorum Rom.* (*est titulus honorificus civitatibus orientalibus quibusdam a senatu conlatus, cf. Hanell, loco cit., 2424sqq.; nummos huc pertinentes collegit Harl, Am. Numism. Soc., Mus. Notes 29, 1984, 75sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1969/70 n. 596, 2 (*a. 103/4*) Dianae Ephesiae ... et -o civitati Ephesiorum. numm. Harl (*v. l. 49*) n. 11 col(oniae) Neapoli -o (*in Samaria, ut sim. ibid.* 19. 20 colon. Neapoli necoro. Rosenberger, City-Coins of Palestine III, 1979, 19 n. 91 col. ⟨...⟩ neokoro [= Harl n. 40, *ubi legitur* neoc-; *cf. e. g.* INSCR. numm. Eckhel III p. 438 neokoro]. *ibid.* 21 n. 100 neocoroc [*latetne nom.? sed* Harl n. 62 *legit* -o]. *sim. al.; respic. nummi Philippi utriusque et Otaciliae Aug., a. 244/9*). **2** *Serapidis*: CIL XIV 4325 (*saec. III?*) ⟨Cly?⟩menus neacorus. 188 *cuiusdam* -i Iovis magni Sarap(idis). FIRM. err. 13, 3 hic *Serapis* in Aegypto colitur, ... huius simulacrum neogrorum turba custodit. CIL VI 1779, 7 (*a. 384*) Vettius Agorius Praetextatus ... curialis Herc⟨u⟩lis, sacratus Libero et Eleusinis, hierophanta *Hecatae,* -us *S.,* tauroboliatus *Magnae Matris,* pater patrum *Mithrae eqs.* (*sim.* 1778, 8 [*a. 387*]). **3** *cuiuslibet dei*: FIRM. math. 3, 6, 7 prophetae, -i aut praepositi templis et religionibus (*item iuxta pon.*: 4, 14, 5 -os aut p. ... aut principes sacerdotum. 7, 23, 28 sacerdotes, p., -os. 8, 13, 1 *v. infra*). 4, 14, 19 -os aut principes sacerdotum aut magna in templis officia tractantes (*item iuxta pon. l. 65*). 8, 13, 1 sacerdotes, prophetae, -i, ... antistites *eqs.* (*item iuxta pon. l. 65; cf. Teucer astrol. 8* [*Boll, Sphaera, 1903, 49*] ἱερεῖς, θύτας). HEGES. 1, 17, 2 p. 28, 12 *Pompeius* -is iussit mundare templi interiora et celebrare adsueta sacrificia. CASSIOD. hist. 6, 31, 4 *simulacro Apollinis combusto* praefectus Orientis ... -os (-chor- *trad.*) verberibus affligebat. PASS. Pion. (BHL 6852) 3 Polemon -us (-chor- *trad.*) sive aedituus. VITA Athan. 9 Iuliani imperatoris pr(a)eceptum ..., quo[d] iubebatur reddi idol⟨i⟩is et -is (-chor- *cod.*) ..., qu(a)e ... ablata sunt.

*cf. Onom.* (Naeacore).

*[Spoth]*

**neofetus, -fitus, -fytus** *v.* neophytus.

**[neogrammatae** *falsa var. lect. v. vol. VIII 1423, 78.***]**

**neōkorus** *v. p. 534, 54 sq.*

**[neomatus** *intellegebatur olim e* DIOSC. gr. Vind. 4, 133 *νεοου(σ)ματους* (*codd., Ἰόουις μάνους Wellm., cf. vol. VIII 366, 43 sqq.*).**]** *Spoth.*

⊠**neomēnia** *et* ⊠**nūmēnia,** -ae *f., νεομηνία, νουμηνία.* *scribitur in titulo saec. I ex. a. Chr.* num- (*v. l. 37*), *ut etiam in codd. antiquis* VET. LAT. exod. 40, 2 (cod. 104). num. 28, 11 (cod. 100; -min-). Col. 2, 16 (cod. 75). HIL. trin. 10, 58 (*codd. BCD* -men-, *TV* -min-). HEGES. 5, 22, 1 p. 351, 19 (*M*). RVFIN. Orig. in lev. 9, 5 p. 426, 22 (*A*). *al.; ceterum in codd. antiquis* neom- RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 p. 63, 23 (*A*). EVCHER. instr. 2 l. 325 (*P*; -min- *ante corr.*). *al.,* nom- VET. LAT. exod. 40, 2 (cod. 100; -min-), *in codd. medii aevi etiam* neum-, *e. g.* VET. LAT. I reg. 20, 5 (cod. 91. *al.*), *in var. l.* VVLG. Is. 1, 13 PS. AVG. quaest. test. 44, 5. *al.; hic illic* -min-, *v. e. g. l. 8. 9. 12.* *de genere: fere fem., sed neutr. sing.* -um *l. 30, plur.* -a *e. g.* VET. LAT. III Esdr. 9, 17 (-am *var. l.*). VVLG. Iudith 8, 6 (-as *var. l.*). EVCHER. instr. 1 l. 1563 (-ae *var. l.*), -orum (*sc. ubique in var. l. iuxta* -arum) VET. LAT. III Esdr. 5, 52 (cod. 129. *al.*; -arum cod. 127. *al.*). PS. AVG. quaest. test. app. nov. 75, 5 CONSVLT. Zacch. 2, 7, 8. *al.; formam generis incerti* -īs *hic negleximus.* *de notione*: HILARIAN. pasch. 7 per -as, id est novos ac primo⟨s⟩ dies mensum, quos generat luna. AMBROSIAST. in Gal. 4, 3 -ae … dies sunt lunares, quos observant Iudaei. HIER. epist. 106, 86, 1 -a mensis exordium est, quod nos … kalendas possumus dicere (in Ezech. 46, 1 l. 427 -a, die videlicet kalendarum. EVCHER. instr. 2 l. 323. *al.*). *ibid.* quia apud Hebraeos mensis secundum lunae cursum supputatur et apud Graecos *μήνη* luna dicitur, -a quasi nova luna appellatur (RVFIN. Orig. in num. 23, 5 p. 217, 8. *al.; cf. ibid.* p. 217, 22 -ae festivitas appellatur, cum luna innovari coeperit. ISID. diff. 2, 125 -ae, id est novae lunae principia, colebantur). GLOSS. -a: novilunium (*cf.* V 313, 13 -um: n.). kalendae. -as: mensium novorum. *al.* *legitur in titulo saec. I ex. a. Chr., postea in sacris script. et fere apud Christ. inde a* TERT., *nusquam in versu.* [*confunditur in codd. c.* nomen NICET. psalm. 9 l. 9 EVCHER. instr. 1 l. 1563; *restit.* -as et *pro* hominibus AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 19, 1; *falsa var. l.* -is *pro* maenianis AVG. serm. 9, 3 l. 97.]

*i. q. luna nova et inde primus dies mensis* (*gr. respondet ubique νεομηνία* [*νουμ-*]): **1** *apud Graecos*: EPIST. procos. de ann. frg. I (CIL III 12240) 3 quem Graeci suo nomine diem nean -an appellant (= INSCR. Sherk, Rom. docum. 65B, 3; *ca. a. 9 a. Chr.*).

**2** *apud Iudaeos, sc. significatur dies festus* (*hebr.* חֹדֶשׁ*, cf.* HIER. in Os. 5, 6 l. 141 mensis … hodes dicitur; denique Aquila -as, id est Kalendas, interpretatus est. *nominatur iuxta alios dies festos, ritus sim. Iudaeorum l. 48 sqq. 60 sqq. p. 536, 7. et saepe*): **a** *loci script. sacr.*: VET. LAT. exod. 40, 2 (cod. 100, *sim. al.*) in die primo mensis primi ⌞-ae⌟ statues tabernaculum testimonii (⌞ ⌟ *om. Vulg., ut loco simili* II par. 29, 17 [cod. 109, *v. p. 536, 17*]). num. 28, 11 (cod. 100, *sim. al.*) in -is offeretis holocausta domino **(***Vulg.* kalendis *ut*: I reg. 20, 5 [cod. 91. *al.*] cras est -a. IV reg. 4, 23 [*ibid.*]. II par. 31, 3 [cod. 109]**)**. II par. 2, 4 (cod. 109, *sim.* VVLG.) offerre olocaustum … in sabbatis et in -is et in diebus sollemnibus … dei. Iudith 8, 6 (cod. 130, *sim. al. et* VVLG.) ieiunabat omnibus diebus … praeter sabbatis et -is et diebus gaudimoniorum Israhel. Is. 1, 13 (Tert. adv. Marc. 1, 20, 5, *sim. al.; verba dei*) -as vestras et sabbata et diem magnum non sustineo *eqs.* **(**[-am VVLG.]. *sim. abnuit deus -as*: Os. 2, 11 [cod. 176, *sim. al.*] avertam … dies festos eius et -as eius et sabbata *eqs.* [-am VVLG.]. *al.; cf. l. 61 sqq.***)**. Col. 2, 16 (cod. 75, *sim. al.*) nemo … vos iudicet in cibo vel in potu aut in parte die festi aut -a aut sabbatorum, quod est umbra futurorum, corpus autem Christi (*codd. gr. -ίας et -ία et ἐν -ίᾳ,* cod. 77. *al. et codd. plerique* VVLG. -ae, Ambrosiast. in -is). VVLG. psalm. 80, 4 bucinate in -a tuba, in insigni die sollemnitatis nostrae. *al.*

**b** *cetera exempla*: **α** *quaelibet*: TERT. idol. 14, 6 nobis, quibus sabbata extranea sunt et -ae et feriae a deo aliquando dilectae, Saturnalia … frequentantur. IREN. 4, 17, 1 l. 41 cum *deus* abnuisset … oblationes, etiam et -as et sabbata et ferias *eqs.* **(***item -ae odio sunt deo* [*cf. l. 51 sqq.*]: HIL. trin. 10, 58 ZENO 2, 17 PS. ORIG. tract. 1, 29**)**. MAR. VICTORIN. in Gal. 1, 7 observare vel sabbatum vel -as vel circumcisionem **(**HIER. in Gal. 2, 19$^{a}$ l. 4 RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 p. 63, 23. *al.; cf.* custodire: AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 19, 1 -as et sabbata, quae sunt umbra futurorum. PS. AVG. quaest. test. 44, 5 neque sabbatum neque -as neque circumcisionem. ISID. fid. cath. 2, 28, 4 -as novae lunae. servare: AMBROSIAST. in Rom. 2, 14**)**. HIL. in psalm. 129, 10 corporalia … legis officia …, scilicet sacrificiorum … et -arum et sabbatorum, quae omnia umbra sunt futurorum (*pendet e l. 55 ut*: AMBR. *l. 66.* RVFIN. Orig. in num. 23, 5 p. 217, 20. *al.; cf. p. 536, 15*). SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 69 'tricesima sabbata', quae Iudei -as dicunt. AMBR. Hel. 1, 1 ut … in diebus laetitiae suae, in -is concinerent tubarum sono (*item respic. sonus tubarum sim.*: RVFIN. Orig. in lev. 9, 5 p. 426, 22 'prima dies mensis' -a tubarum. *cf. l. 58. p. 536, 12 sqq.*). AMBROSIAST. in I Cor. 14, 21, 1 sabbatum solvi, -as evacuari *eqs.* **(***item aboleri sim. dicuntur -ae*: PS. AVG. quaest. test. 44, 9 [*sim.* 69, 4] cessantibus -is et sabbato *eqs.* NICET. psalm. 9 l. 9. PASS. Petr. Paul. long. 1 *Petrus* -as et legitimas ferias exinanivit**)**. HEGES. 5, 22, 1 p. 351, 19 -is et omnibus sanctis … diebus. HIER. adv. Iovin. 2, 16 p. 310$^{C}$ sanctius esse sabbatum et -as et scenopegiam quam reliquos dies. AVG. epist. 196, 3 circumcisio … et pecorum in sacrificiis immolatio et -a *eqs.* *al.* **β** *respicitur -a spiritalis sim., quam Christiani a die festo Iudaeorum distinguunt*: RVFIN. Orig. in num. 5, 1 p. 26, 4 Moyses … sciebat, quae essent verae -ae et quae vera sabbata. FVLG. RVSP. epist. 14, 44 *ecclesia hanc divisionem temporis* (*sc. circumcisionis prioris et baptismatis posterioris*) retinet … etiam in praecepto -ae, quandoquidem non tubis Iudaicis inaniter personat, sed renovari unumquemque spiritu *praedicat.* ORIG. in Matth. ser. 52 p. 117, 17 sq. voces … tubarum …, quae adsumuntur in ⌞-is⌟ (*ad α*) ipsorum *Iudaeorum,* erant umbrae futurarum -arum. *al.*

**c** *appendicula iuncturarum nominalium:* *pendet gen.* -ae, -arum (-orum): VET. LAT. II par. 29, 17 (cod. 109) prima die -ae mensis primi **(**AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 10, 1 p. 87, 11 lex diei festi -ae [*nisi per appos.*]. ISID. nat. 1, 3 l. 27 -arum**)**. TYCON. reg. 5 p. 58, 26 nova … temporum aut -ae supputatio. HIER. in Os. 2, 10 l. 225 -ae … laetitiam. RVFIN. Orig. in num. 23, 5 p. 218, 2 -ae festivitas (CONSVLT. Zacch. 2, 7, 8 -orum. *adde p. 535, 28*). *al.* *e* -a *pendet gen. alterius subst.*: VET. LAT. III Esdr. 5, 53 a -a septimi mensis **(**5, 57 [cod. 123. *al.*] secundi [*rec. Vulg.* novilunio]. 9, 17 primi. AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 10, 1 p. 87, 14 primam m. -am. *al.***)**. RVFIN. Orig. in lev. 9, 5 -a tubarum (*v. p. 535, 75*). -a *alteri subst. apponitur* (*cf. l. 18*): VET. LAT. num. 10, 10 (cod. 100) in diebus -is vestris.

**3** *mero respectu status lunae*: AMBR. hex. 4, 7, 30 -a dabit eam *pluviam.* 4, 8, 32 (*adloq. lunam ut imaginem ecclesiae*) te non tuis -iis, sed typo ecclesiae beatam dixerim.

**neōn** *v.* neos. *Hajdú.*

⊠**neophytus,** -a, -um (*fere pro subst., v. l. 51 sqq.*), *νεόφυτος.* *de origine* (*v. etiam l. 70. 72*): PHILIPP. in Iob rec. long. 38 p. 747$^{D}$ incipiente eis *baptizatis* gratiae novo lumine, unde et -i nuncupantur. MAX. TAVR. 55, 1 l. 8 innovatio …, unde et -i nuncupantur, quod novitate *eqs.* GLOSS. Vatic. Reg. 203, 105 neos, ⟨id est no⟩vus, rudis; inde -us, id est noviter ad fidem veniens. *scribitur: pars prima* neo- *passim in inscr., sed* no- (*cf. l. 50*) INSCR. Aquil. Brusin 2972, 6 (*saec. IV*). CIL XI 4075, 3. *et saepius, ceterum e. g.* eno- INSCR. christ. Diehl 1501$^{a}$, 2 (*a. 402; v. Ferrua, Nuove corr. alla silloge del Diehl, 1981, 35,* nof- *edd. vet.*). christ. urb. Rom. 23113, ino- CIL XII 5403, 2 INSCR. christ. urb. Rom. 8997. *al.,* naeo- CIL XI 2563, 2. *al.,* nio- CIL III 9503, 9 (*a. 360*). INSCR. christ. urb. Rom. 8806, 3. *al.,* ono- INSCR. Bulg. Beševliev 17, 7 (*saec. IV/V in.*). *pars secunda* -phyt- VET. LAT. I Tim. 3, 6 (cod. 75). *al., sed nusquam in inscr.,* -fit- *in codd. vet.* DIDASC. apost. 11, 33. *al. et persaepe in inscr., e. g.* CIL VI 41341$^{b}$ (*a. 359*), *ceterum* -fet- CANON. Arel. 1 (*cod. C*). CIL V 6257, 5 (*a. 409*). *al.,* -fhyt- STAT. eccl. ant. p. 171, 73 (*cod. K*), -fyt- CANON. Turner I 2 p. 474, 21 (*cod. K*). CIL XI 4975, 4 (*a. 352/66*). *al.,* -phit- AVG. fid. et op. 11, 17 p. 55, 20 (*cod. C*). INSCR. christ. urb. Rom. 3552. *al.* *notatur* neof INSCR. christ. urb. Rom. 1799. 12769, nfit- 24199, nof 15616. *adhibetur fere pro subst., maxime masc., sed fem. p. 537, 40 (nisi adi.). 67 et saepius in inscriptionibus, e. g. p. 538, 7. 11. 17 sqq., neutr. plur. p. 538, 48 (e coni. dub. p. 538, 52); pro adi. certe p. 538, 45, dub. iuxta adi. alia, e. g. p. 537, 52. 63 sq.* *gen. sing.* -es *p. 538, 23.* *de notione v. l. 64 sqq. p. 538, 31 sqq. 45.* *legitur maxime apud Christ. inde a* VET. LAT., TERT., IREN., *in vers. rudibus fort.* INSCR. christ. urb. Rom. 8574, 7. 11927, 4. 18469, 18.

*i. q. νεόφυτος, nuper plantatus* (*sc. fere translate praeter p. 538, 45 et fort. p. 538, 52; de imagine plantandi v. l. 72. 74. p. 538, 33. 36*): **I** *in religione christiana*: **A** *usu communi -us dicitur, qui nuper ad fidem christ. accessit, sc. fere per baptismum* (*saepe indicatur pascha eiusve vigilia, quo tempore frequentissime baptizabatur, vel octava paschae, e. g. p. 537, 31 sqq. 43 sqq. 67, aliter e. g. p. 538, 7; ad rem cf. Yarnold, Theol. Realenzykl. 32, 2001, 674 sqq.*). *definitiones* (*saepe c. respectu loci p. 537, 9 allati; cf. etiam sub B*): PS. AMBR. dign. sacerd. 4 p. 574$^{C}$ -um, hoc est, qui nuper ad fidem ex gentilitate advenit aut ⌞certe ex militia saeculari ad clericatus est officium sociatus⌟ **(**[⌞ ⌟ *ad B pertinet*]. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 296 -us: nuper ad f. veniens. *adde l. 36; cf. p. 538, 34 et* AVG. serm. 340A, 2 coll. Morin p. 564, 12 quasi novum a fide**)**. PELAG. in I Tim. 3, 6 nuper renatus (ISID. orig. 7, 14, 6 -us graece, latine novellus et rudis fidelis vel n. r. interpretari potest). EVCHER. instr. 2 l. 448 (*inter nomina in sermone eccl. ex graeco versa*) -us: novella plantatio (*v. p. 537, 49*). THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 6 p. 111, 21 -um dixit aut illum, qui nuper credidit, aut illum, qui nuper baptismum est adsecutus; nam fidem plantationem vocat *eqs.* GLOSS. -us: novellus, rudis. nuper baptizatus. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 297

*[Breimeier]*

-us: nihil sciens. *sim. al.* *iuxta ponitur* homo novus *l. 51* (*cf. l. 48*), novellus *l. 63; disting.* catechumenus *l. 32sqq. al.,* fidelis *l. 33. 37sq. p. 538, 16. al.,* laicus *l. 21; accedit adi.* rudis *l. 37.* *gr. respondet fere νεόφυτος, quod infra non adnotavimus; ceterum νεοφώτιστος l. 64sqq., νεωστὶ βεβαπτισμένος p. 538, 1, πρόσφατον φωτισθείς l. 25.*

**1** *exempla varia*: **a** *illustrantur consuetudines, iura vel ritus, qui ad -os pertinent*: **α** *-is denegatur*: (I) *ut episcopatum, officium eccl. consequantur* (*sed cf. l. 61sqq.; loci fere pendent e l. 9*): VET. LAT. I Tim. 3, 6 (cod. 89, *sim. al. et* VVLG.) *oportet episcopum esse* non -um, ne in superbiam elatus in iudicium incidat et laqueum diaboli **(***praeceptum explicant* HIL. in psalm. 118 gimel [= 3] 16 ne per recens adeptam regenerationis gratiam insolescat. AMBROSIAST. in I Tim. 3, 6 quia rudis in fide *eqs.* HIER. in Is. 2, 3, 4 quia parvulus in fide est. *cf. etiam p. 536, 64sqq.***)**. PONT. vita Cypr. 3, 1 *oportet* -os praeteriri, ne ... aliquid in deum novitas inerudita peccaret. AMBR. epist. extra coll. 14, 65 ordinationem meam ... episcopi ... probaverunt; et tamen -us prohibetur ordinari *eqs.* HIER. adv. Pelag. 1, 23 l. 36 si ... baptismum statim iustum faceret ..., nequaquam ... apostolus -um refutaret. EPIST. pontif. 333 Arel. 4 p. 10, 30 apostolus -um sacerdotio non statim commulari (*i.* cumu-) iubet et hoc idem canonum statuta sanxerunt (*nisi ad B ut*: LEO M. epist. 14, 3 ut is, qui *episcopus* ordinandus est ..., non laicus, non -us nec secundae coniugis sit maritus). CANON. Turner I 1 p. 114 rec. I tit. 2 de -is (*aliae versiones*: p. 115 rec. III tit. 2 de -is, qui post baptisma ad clerum adplicantur. p. 145 rec. IV cod. I capp. 4). II 3 p. 342 rec. I non oportet -um promoveri ad ordinem sacerdotalem (*gr. Ioh. Schol. tit. 36, 9 πρόσφατον φωτισθέντα. cf. rec. II* [*sim. III*] statim post baptismum). *al.* (II) *ut voluptatibus saecularibus fruantur*: STAT. eccl. ant. p. 171, 73 -i aliquamdiu et lautioribus epulis et spectaculis ... abstineant.

**β** *indicantur ea, quae -i vel scire vel discere debeant, soleant*: HIL. syn. 63 p. 523$^{B}$ *non* necessarium habuistis episcopi legere *scriptum,* quod regenerati -i *memoria* tenebatis. PEREGR. Aeth. 47, 2 (*l* a pascha usque ad octavas) cathecuminus nullus accedet ad anastase; tantum -i et fideles, qui volunt audire misteria *baptismi,* ... intrant **(***plus discunt -i quam catechumeni ut*: GAVDENT. serm. 2 tit. tractatus [*sc. habitus vigilia paschae*] ... regressis a fonte -is de ratione sacramentorum, quae c. audire non congruit. 2, 8**)**. GAVDENT. serm. 5, 1 ut edendi paschalis sacrificii disciplinam rudes -i discerent, instructi fideles agnoscerent (*item iuxta ponuntur*: AVG. serm. 229 I, 3 coll. Morin p. 326, 19 *id* sciunt f. ... et isti -i, quia iam biberunt *sanguinem Christi. adde l. 33*). CAES. AREL. epist. ad virg. 3, 1, 10 non rudis vel -a haec sacra didicisti ministeria, sed ab ipsis paene cunabulis ... studiis regularibus exercuisti vitam (*nisi ad B*). *al.*

**γ** *indicantur ritus vel signa, insignia quaedam -is data, propria sim.*: PS. AMBR. laps. virg. 19 *virgo velanda die paschae in ecclesia* inter lumina (*i. lucernas sim.*) -orum, inter candidatos regni caelestis ... processeras. PS. AVG. serm. 172, 1 hodie, *sc. octava paschae,* -orum habitus commutatur, ita tamen, ut candor, qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur **(***sim. -i vestem candidam habent*: serm. ed. Caillau 1, 33, 2 novi homines ..., qui ... veste ... in ecclesia candidi apparetis; vos estis -i, id est novella plantatio *eqs.* PATRIC. epist. 3 crismati -i *sunt* in veste candida. CAES. AREL. in apoc. 1 p. 211, 20 albatorum, id est -orum ex baptismo procedentium. *cf. l. 44 et fort. l. 53***)**. MAX. TAVR. 28, 3 l. 58 in novos homines -os spiritus sancti gratiam conferendam. 55, 1 l. 31 -i nostri nuper baptizati ... nova sanctitatis indumenta sumpserunt. PS. MAX. TAVR. bapt. 1 tit. de eo, quod -is ex oleo sancto aures a sacerdotibus et nares inliniantur (*per prolepsin de baptizandis; item -i chrismantur l. 49*). EVSEB. GALLIC. hom. 29, 1 in confirmandis -is manus impositio tribuit singulis *spiritum sanctum. al.*

**b** *exempla quaelibet*: **α** *in universum*: TERT. adv. Marc. 1, 20, 3 (*spectat ad Gal. 2, 11sqq.; antea*: adhuc in gratia rudis) *Paulus* ferventer adhuc ut -us ... aliquid in conversatione *Petri* reprehendendum existimavit. praescr. 41, 6 *haeretici* nunc -os conlocant (*i. ordinant*), nunc saeculo obstrictos *eqs.* (*cf. l. 16 et* PONT. vita Cypr. 5, 1 *Cyprianus* ad ... episcopatus gradum adhuc -us et, ut putabatur, novellus electus est. *sed v. l. 9*). RVFIN. hist. 5, 1, 17 Maturum -um quidem, sed in fide ... robustissimum (*gr. resp. νεοφώτιστον ut*: 6, 4, 3 *martyrio coronatur* Heros -us. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 23 *loculus* est Nicodemi -i. 24). VITA Amator. 8 p. 54$^{A}$ *femina* die dominicae resurrectionis utpote -a ad ... ecclesiam ... processit. *al.* **β** *episcopi vel doctores admonent, adhortantur -os*: IREN. 5 praef. l. 25 *in hoc libro conabimur* -orum ... sensum confirmare, ut ... custodiant fidem. GAVDENT. serm. 4, 13 -i ..., videte, quomodo ab ... pollutione ... vestras animas conservetis. 8, 15 -is nostris ... consilium suggeramus. ACT. Petr. 7 p. 54, 16 (*loquitur Petrus*) si ... me ... scandalizavit satanas ..., quid putatis vos, qui -i estis? *al.* *in tit. libelli* (*dub. an genuina sint* ZENO 1, 42 tit. PS. AMBR. symb. Westra p. 414 tit. HIER. tract. p. 542 tit. *al., cf. l. 34. 54*): RVFIN. hist. 6, 13, 3 *Clementis Alex. est* libellus ... ad -os (*gr. πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους. cf. Clavis patr. Graec. n. 1391*).

**2** *in titulis sepulcr.* (*cf. p. 537, 66; quamdiu aliquis baptismo supervixerit, indicatur l. 9. 13. 25; exempla notabiliora*): INSCR. christ. urb. Rom. 20773 (*a. 348*) Fl(avio) Aur(elio) Leoni -o, qui vixit ann(os) VI. CIL VI 41341$^{b}$ (*a. 359*) Bassus ... in ipsa praefectura urbi -us iit ad deum. XI 4975, 4 (*a. 352/66*) d(e)p(ositio) Picentiae Legitimae -ae die V kal(endas) Sep(tembres). INSCR. christ. urb. Rom. 2087, 4 (*a. 370*) *Perpetuus* depositus Idus Aprilis defun⟨ctus ne⟩ofitus, peri(i)t in dies V (*sc. post baptismum, ut vid.*). CIL X 4492, 3 (*a. 392*) hic sunt positi duo fratres innocentes -i **(**XI 2848 [*saec.* $IV^2/V$ *in.*] *filia* i. -a *eqs.* INSCR. Jahrb. f. Ant. u. Christ. 32, 1989, 140 [*saec.* $IV^2/V^1$] ba(p)t(izatus) IIII non(as) April(es), Theusebio virgini -o i. ...; dep(ositus) VI non(as) Mai(as). CIL V 6180 Anastasio i. -o petente in C(h)risto [*fort. catechumenus morte instante baptizatus est; aliter vol. X 1, 1973, 22*]. *al., cf. l. 16. 21***)**. XI 802, 5 (*a. 394/402*) hic requiescent duo fratres innocentes ..., *unus* -us ..., *alter* fidelis. 2563 (*saec. IV*) Vlpiae Faustinae virgini -ae (INSCR. christ. urb. Rom. 27054 Co(n)stantia v. in pace -a. 18631. *al., cf. l. 13. 19. 24*). V 6257, 5 (*a. 409*) Principia, qu(a)e fuit in corpore annos ... XIIII ..., vergo (*i.* vir-) et -a in C(h)risto **(**INSCR. christ. urb. Rom. 1799. 18693. 21359 -a in pace et in C. *cf.* Iugosl. Šašel 2649 [*saec.* $IV^2/V$] Flavius innocens ⟨e⟩t -us Chr(ist)i**)**. XIII 1548 (*prope Cadurcos; a. 466*) tumulus -i Pauli. V 1654 destituti patris defl⟨ent ...⟩ duo -os *eqs.* INSCR. christ. urb. Rom. 4066, 2 fides *uxoris* ... -es. 12093 qui bixit (*i.* vi-) an(nos) X ... virgo et a lege -us (*sc. legem baptismo suscepit*). 21260 Rufillo -o d(ierum) V vixit an(nos) II (*obiit die quinto post baptismum, ut vid.*). *al.* *-us vivus titulum posuit*: INSCR. christ. urb. Rom. 24870 (*a. 394*) Vrani(a)e Aur(eliae) Domnae morti Leontius -us.

**B** *usu derivato -us dicitur, qui nuper e laicorum numero in clerum, ordinem eccl. accessit (sc. in interpretationibus loci p. 537, 9 allati, ut Isid. eccl. off. 2, 5, 12* saeculares viri nequaquam ad ministerium ecclesiae adsumantur *eqs.; huc fortasse pertinent p. 537, 18sqq. 40):* *distinguitur notio sub A illustrata*: PS. AMBR. dign. sacerd. 4 *v. p. 536, 66.* GREG. M. epist. 5, 58 l. 57 sq. sicut tunc -us vocabatur, qui adhuc nova erat plantatus in fide, ita nunc inter -os deputamus, qui adhuc novus est in sancta conversatione. 9, 219 l. 116 sq. sicut ... tunc -us dicebatur, qui initio in sanctae fidei erat conversatione plantatus, sic modo -us habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores sacros irrepserit. *cetera exempla*: CANON. Turner I 2 p. 474 rec. I conveniens *non* est ..., ut temere ... ordinetur aut episcopus ... aut diaconus, maxime qui sit -us (*aliae versiones*: p. 515 rec. IV merito ... -us iste est iudicandus. *rec. III* novella planta). GREG. M. epist. 8, 4 l. 53 ut, quia ... -um ... *apostolus* ad sacerdotii regimen ... vetat accedere, nullum ex laico patiamini episcopum consecrari.

**II** *in rebus fere profanis*: *de arboris propagine*: HIL. in psalm. 127, 10 l. 21 ut *propheta* -am olivam diceret, id est nuper plantatam (*antea affertur psalm. 127, 3* novella olivarum [*gr. νεόφυτα ἐλαιῶν*]). *de fetu humano*: THEOD. PRISC. gyn. 25 p. 241, 10 *aliqui* sucum rutae viridis potui dederunt ad -a excludenda, *sc. abortu.* *de iuvene* (*in explic. loci p. 537, 9 sq. allati*): THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 6 p. 111, 14 valde fatue quidam ... existimaverunt -um dicere apostolum illum, qui secundum aetatem est iuvenis (*postea p. 536, 73*). *?de satis* (*sc. neutr. plur.*): GLOSS. V 313, 31 ⌞-a: sata de⌟ aratro (⌞ ⌟ *Goetz dubitanter in indice,* nefutas arade *trad.*).
*cf. Onom.* *Breimeier.*

**neōpoeus,** -ī *m.,* νεωποιός. *significatur is, qui res templi administrat* (*ad rem v. Cheesman, Der neue Pauly 12/2, 1074*): INSCR. Ephes. Wankel 34, 11 (*a. 104*) ⟨Ephesior⟩u⟨m ep⟩h⟨ebi⟩s ⟨et⟩ neo⟨poei⟩s et ... hymnodis templi ⟨Dia⟩nae ⟨co⟩nsecravit HS *tot* (*gr. 22 νεοποιοῖς*).

**neōpum** *n.,* νώπον. *genus olei* (*cf.* metopium): PLIN. nat. 15, 26 *oleum* amygdalinum, quod aliqui -um (nop- *var. l.*) vocant.

**neōrium** *n.,* νεώριον. *fere i. q. navale*: NOT. urb. Const. 7, 9 *regio sexta* continet in se ... -um, portum *eqs.*

**1. neos,** (-a, -on), νέος. *in contextu lat.* (*negleximus nimirum vocem contextui gr. insertam vel per lat.* novus *explicatam*): *i. q. novus in nomine gr. mensis Aegyptiorum q. e. Hathyr* (*rem explicat Blumenthal, Arch. Pap. Forsch. 5, 1913, 345*): SENT. centur. (Chart. lat. ant. V 280) 15 mense -o Sebasto (*i. 28 Oct. – 26 Nov.*). *gen. plur.* -ōn *pro subst. masc. i. q. iuvenum*: S. C. de Cyzic. (CIL III 7060; *saec. II med.*) 2 corpus, quod appellatur -on et habent in civitate sua. PS. SORAN. quaest. med. cod. Lincol. 75, 1 (*sim.* cod. Lond. 65) prima⟨m⟩ *aetatem* Graeci -on appellant, id est infantiam seu pueritiam *eqs.* (*νέων Fischer, cf. Ps. Galen. XIX 373sq.*).

*?***2. neos** (*i. νυός*) *v. sub ?*naetcos. *Spoth.*

**neōtericus,** -a, -um, νεωτερικός. *veriloquii causa p. 539, 3 refertur ad* neuter *scriptura* neut-, *quae sola trad.* SERV. auct. Aen. 11, 590 COMPVT. Carth. 2, 12 SALV. epist. 9, 2 GLOSS. *et hic illic in var. l.* *de notione* (*v. etiam p. 539, 14. 30. 46*): GLOSS. -i: minores, novicii (*vel* n.,

*[Rocchi]*

m.). GLOSS.[L] I Ansil. NE 454 -is: iuvenibus graece. 455 (cod. Paris.) neuteri⟨ci⟩: huius temporis, novicii, novi vel recentes. III Abol. NE 26 (*inde* I Ansil. NE 459) neutericus: novicius ⌊aut neutri partis: verbi causa nec ⟨h⟩istoricus nec propheta⌋ (*v. p. 538, 72*). *legitur apud* PROB. *et inde a saec. IV; gradus comparationis desunt, sed cf. l. 21sq.* [*confunditur in codd. c.* neuter SERV. Aen. 11, 715 (*e coni. dub.* COMPVT. cod. Col. frg. p. 242; *cf. p. 538, 73*).]

*fere i. q. novus, novicius, recentior* (*saepe de minus probatis, v. sub 1b et e. g. l. 16. 45; ad rem v. e. g. de Ghellinck, Arch. Lat. Med. Aevi 15, 1940, 113sqq. et Schmidt, Der neue Pauly 8, 835sq.*). *iuxta ponitur* posterior *l. 50,* nuper [*vel* postea] inventus [*vel* factus] *l. 24. 28. 31,* recens scriptus *l. 30; opp.* antiquus *l. 16. 55,* idoneus *l. 45,* priscus *l. 34. 59,* vetus *l. 25.*

**1** *adi.*: **a** *de rebus, sc. verbis, scriptis sim.*: **α** *usu gramm. respicitur elocutio, stilus sim.* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. NE 458 -i libri: co⟨m⟩mune⟨s⟩ libri): PROB. Serv. auct. 12, 605 (*antea Serv.* 'flavos ...': antiqua lectio 'floros' habuit) -um erat 'flavos', ergo bene 'floros'. DIOM. gramm. I 514, 23 huic *galliambico* metro ... simile est illud -um, quod est tale: '...' (*vers. anon., quem Maecenati paulo ante laudato tribuit e. g. Courtney, Fragm. Latin Poets, 1993, 279sq.*). SERV. auct. Aen. 8, 731 hunc versum notant critici quasi superfluo et humiliter additum nec convenientem gravitati eius: namque est [eius] magis -us (ne(t)ut- *var. ll.; in eadem iunctura Gell. 13, 27, 3 adhibet compar. gr. -ώτερος*). 11, 590 -um putatur ipsum 'sagittam ultricem' (neuteritum *trad.*). SCHOL. Hor. ars 282 ('vetus ... comoedia') 'vetus' ... dixit ad comparationem eius, quae postea inventa est; vetus ideo, quoniam, postquam vitium incurrit et amisit choros, -a appellata est. **β** *vario usu*: RVFIN. hist. 7, 30, 10 psalmos ..., qui in ... Iesum Christum dicebantur, cessare fecit *episcopus haereticus* velut -os et nuper inventos (*gr. νεωτέρους* [*sc. ψαλμούς*] *καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα*). SVLP. SEV. dial. 1, 6, 2 non esse ... mirum, si in libris *Origenis* -is et recens scriptis fraus haeretica fuisset operata (GLOSS. -i l.: novi vel recentes. *cf. l. 14*). SALV. epist. 9, 2 (*1* libellis nuper ... factis) indicavi libros ⌊-ae disputationis⌋ esse et a praesentis temporis homine ... conscriptos (⌊ ⌋ neuterici disputationes *cod.*). IVST. VRGELL. epist. ad Serg. l. 33 ut fratres nostri, qui priscis patrum tractatibus epulantur, etiam his -is *meis* ... vesci quodammodo delectentur.

**b** *de hominibus*: PASS. Donat. 6 ad instar dominicae passionis cohors militum e castris progreditur, ad Christianorum necem a pharisaeis -is (*i. catholicis*) procurata. COMPVT. Carth. 2, 12 (*antea*: dolo vecordiae saucitatus vel huius rationis ignarus) in utroque -us inveniris (neut- *cod.*). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 30, 6 -us scriptor (*sc. Faust. Rei.*).

**2** *pro subst. masc.*: **a** *de scriptoribus orationis*: **α** *vinctae*: DIOM. gramm. I 516, 24 reciprocus versus apud -os talis est: '...'. 517, 3 reciprocum *versum* -i ... novum protulerunt, ut per duos versus duo alii recurrant. SERV. georg. 4, 122 'hic cucumis' 'huius cucumis' declinatur ... secundum idoneos; nam -i 'huius cucumeris' dixerunt (neuterici(s), neutri *var. ll.*; i. e. moderni *add. cod. unus*). Aen. 6, 187 'si' adverbium ... optantis est per se plenum, sicut et 'o', quamquam -i haec iungant (*affertur Pers. 2, 9sq.* o si ... o si). 6, 320 'lividum' invidum non nisi apud -os invenimus (*affertur Lucan. 1, 288* livor). 11, 715 'vanos' stultos posteriores dicere coeperunt; inde tractum est etiam in -is: '...' (*Iuv. 3, 159*; neutris, eotericis *var. ll.*). HIER. in Gal. 5, 19 l. 141 pulchre quidam de -is graecum versum (*sc. Anth. Pal. 11, 193*) transferens ... de invidia lusit dicens: '...' (*Anth. 485*[b]). POMP. gramm. V 146, 22 habemus exempla horum *patronymicorum peculiarium,* sed in -is (*affertur Verg. georg. 3, 550*); in antiquis non invenimus. 232, 35 (*ad Verg. ecl. 8, 43* sciŏ) brevis est; -i ... omnes, Statius et alii, *plerumque cum Vergilio consentiunt* (neut- *cod. unus*). **β** *solutae*: PS. AVR. VICT. orig. tit. origo gentis Romanae ... digesta ex auctoribus ... Varrone, Caesare, Tuberone atque ex omni priscorum historia; proinde ut quisque -orum asseveravit, hoc est et Livius et *S. Aurelius* Victor. HIER. c. Ioh. 12 Gracchus et, ut aliquid de -is inferam, Q. Haterius (*seq. facete de eo dictum imp. Augusti*).

**b** *cetera exempla*: PS. AVG. quaest. test. 2, 6 *diabolus* voluntatem suam facientibus parcit, a quibusdam -is dissimulat (neut- *fere trad.,* neophytis *ed. Maurina*). HIER. tract. p. 528 l. 144 *Hadrianus Iudaeos arcuit a Hierosolymis* et in istam civitatem de diversis provinciis adduxit ⌊-os⌋ (*ed. Erasmi,* moeticos *codd.*).

*adv.* **neōtericē.** *i. q. modo, stilo neoterico* (*sim. adhibetur* nove *l. 70; iuxta pon.* leviter *l. 69*): PS. ASCON. div. in Caec. p. 191, 4 (*ad 15* ut oculis iudicare possitis) hoc quidam leviter a Cicerone dictum et -e putant, sed aptum est asseverationi ([*cf. Verr. p. 264, 23* nove]. SERV. auct. Aen. 10, 192 'canentem senectam': pro albo colore -e d. p.). *Rocchi.*

**neōteros** *adi., gen. gr.* -u, *νεώτερος.* *fere i. q. iunior* (*nisi ad* pharmacu *pertinet, ut sit fere i. q. recens*): INSCR. Zeitschr. Pap. Epigr. 212, 2019, 226 (*saec. I ex. a. Chr. vel saec. I*) accepimus ab Paminis Arioti neoṭeṛu pharmacu metretas *tot.* *Sx.*

**neotheos** *m., νεόθεος.* *nomen herbae q. e. antirrhinum* (*ad Osirim deum novum refert André, Les noms de plantes, 1985, 171*): PS. APVL. herb. 86 l. 15 (herba Sabina) alii antirrinon, ... alii -os **(**me(o)th- *codd.; ad hoc cap. errore delapsum, rectius* herb. interpol. 87 adn. 7 [herba canis cerebrum] -os [*e* DIOSC. gr. Vind. 4, 130 -*ος*]**)**.

**[neou(s)matus** *v.* neomatus.**]** *Spoth.*

⁑**nepa,** -ae *m. et f.* [*orig. inc., fort. afric.; v. Walde-Hofmann II 159. Mei.*] *de origine v. l. 12. p. 282, 64sqq.* *de genere: accedit adi. masc. l. 53, fem. l. 40.* *de formis: gen. sing.* -ai *saepius in versibus, e. g. l. 45sq. (cf.* PRISC. *l. 48); plur. non occurrit nisi l. 34.* *de notione (adde l. 42sq. 48, fort. etiam p. 3, 51 e coni.): 1) exempla varia*: FEST. p. 165 (*suppl. e* PAVLO) ⟨-a Afrorum lingua⟩ sidus, quod dicitur nostris c⟨ancer, vel, ut quidam,⟩ scorpios (*affert l. 30*). NON. p. 145, 12 -am quidam cancrum putant ad illud Plauti '...' (*sc. l. 30*) et illud aliud 'aut cum -a est' (*cf. l. 37*). p. 145, 16 vere -a scorpius dicitur (*affert l. 34*). GLOSS. -a: *σκορπίος. γήϊνος σκορπίος ὁ κατεσθίων τὰ ἴδια τέκνα* (*cf. l. 21*). vipera. cancer seu scorpius. GLOSS.[L] Corp. N 61 -a: haebern (*anglosax.*). *al.*
*2) in veriloquio vocis q. e.* nepos (*adde l. 42 et cf. p. 544, 2. 549, 17sqq. 26*): SCHOL. Cic. Gron. D p. 281, 11 (*ad Catil. 2, 7*) -a dicitur scorpius, qui facit filios ducentos, qui omnes se consumunt, et unus remanet; propterea, qui res suas devorat, nepos dicitur. Hor. gloss. *Γ* epod. 1, 34 ('nepos') a -a serpente, qui omnes devorat natos *eqs.* (*cf. l. 16 et* GLOSS.[L] IV Plac. N 11 -a: scorpius, quae natos consumit, nisi eum, qui dorso eius inhaeserit, rursum ipse, qui servatus fuerit, consumit patrem; unde homines, qui bona parentum per luxuriam consumunt, nepotes dicuntur**)**. LYD. mag. 1, 42, 4 (*v. p. 282, 64*). *al.* [*suppl. dub. ad* FEST. p. 165 *proponit Heller, Transact. Am. Phil. Ass. 93, 1962, 77.*]

*i. q. cancer aut scorpius* (*serpens sim. in gloss., e. g. l. 16. 22*):
**1** *indicatur animal*: **a** *cancer*: PLAVT. Cas. 443 ⌊recessim cedam⌋ ad parietem, imitabor -am (*locum afferunt* FEST. *l. 12,* NON. *l. 13*; ⌊ ⌋ retrovorsum c. *codd. Non.,* dabo me *Paul. Fest. p. 164*). SER. med. 195 (*remedium oculi dolentis*) viventis ... -ae lumen gestatur amicum (*cf. Plin. nat. 32, 74* cancri ... oculos adalligatos collo). **b** *scorpius*: CIC. fin. 5, 42 cornibus uti videmus boves, -as aculeis (vespas *var. l.*). MART. CAP. 2, 176 minitans ... -a.

**2** *indicatur signum caeleste*: **a** *Cancer*: ENN. scaen. 243 *observant astrologi,* cum Capra aut -a aut exoritur nomen aliquod beluarum (*nisi ad b; cf. l. 14*). CIC. Arat. 216 *Hydra* caput atque oculos torquens ad terga -ai (*gr. 446 Καρκίνου*). AVIEN. Arat. 55 cur Hyperionios -a circumflecteret ignes. ANTH. 621, 2 -a torrida flammis. **b** *Scorpius* **(***gr. resp. Σκορπίος. cf.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 538, 13 [*in veriloquio vocis q. e.* nepos] scorpio ..., qui signorum receptus est numero, -a dictus est. GLOSS. -a: Scorpius [*Warren,* prius *vel* bibus *codd.*] in sideribus**)**: CIC. Arat. 183 -ae ... fulgentis acumen (278. *cf.* COLVM. 10, 57 spicula ... dira -ae [negat *codd. plerique*]). 324 *post Chelas* ipsa ... consequitur lucens vis magna -ai (418 cum ... vis est vehemens exorta -ai. CARM. de mens. 1, 11). 405sq. 434. frg. 15, 5 oculos ... pectusque -ai (*explicat* PRISC. gramm. II 285, 5 pro '-ae', id est scorpii). nat. deor. 3, 40 singulas ... stellas numeras deos eosque ... beluarum nomine appellas, ut Capram, ut -am (lupam *codd. fere omnes*). Q. CIC. carm. frg. 10 ramos denudat flamma -ai. MANIL. 2, 32 pietate ad sidera ductam Erigonen ictuque -am. 4, 356 (nota *trad.*). 5, 339 (*Scaliger,* pari *sim. codd.*). COLVM. 11, 2, 30 id. Mart. -a incipit occidere (*cf.* 11, 2, 39 -a medius occidit. 11, 2, 78 VII kal. Nov. -ae frons exoritur. *al. apud eundem*).

**nepeda** *v.* nepeta. *N. H.*

**nēpenthes** *n., νηπενθές.* -phentes *fere codd.* *nomen medicaminis maerorem levantis sec. Hom. δ 221 φάρμακον ... -ές* (*ad rem v. S. West, A comm. on Hom. Od. I, 1988, 206sq.*): PLIN. nat. 21, 159 quem *effectum* habuerit -es illud praedicatum ab Homero, quod tristitia omnis aboleretur. 25, 12 *Homerus* herbas ... Aegyptias ... traditas Helenae ... narrat ac nobile illud -es (r(h)e- *var. ll.*) oblivionem tristitiae veniamque adferens. *Spoth.*

⁑**nepeta** (*?*nepete), -ae *f.* [*orig. inc., fort. etrusc.; v. Breyer, Etrusk. Sprachgut, 1993, 267sqq. Mei.*] *de origine*: LYD. mag. 1, 42, 7 (*nepa tactā calaminthā aculeum recuperat*) *ὅθεν καὶ -αν τὴν καλαμίνθην Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.* *scribitur in codd. etiam e. g.* -ped-, -pid-, -pit-, -pt-; *litt. graecis p. 541, 23sq., notis Tironianis* MISC. Tir. p. 53, 21. *de genere et formis: fem.* -a, -ae *passim* (*plur.* SER. med. 419. 504. 577. 646 THEOD. PRISC. log. 105), *nom.* -e *p. 541, 29 (si recte trad.), abl.* -e *fort.* CAEL. AVR. chron. 3, 5, 76; *graece gen. -ου, acc. -αν et masc. -ον infra sub 1a, v. etiam l. 65.* GLOSS. -a: *καλαμίνθη* (*etiam καλάμινθος.* calamentis. *sim. al.*). minthe **(***etiam* menta agrestis. mentastrus. mentarion. mente orionon [*cf. p. 541, 26*]. *sim. al.***)**. ema amius (*cf. p. 541, 20*). protece (*i. προθήκη?*). -a montana: *ὀρίγανον.* *legitur inde a* CELSO, COLVM., PLIN. nat., *sc. fere apud medicos; in versibus non nisi apud* SER. med. (*sexies*). **[***it. vet. et*

[Simon]

*dial. mer.* népita, nèpəta *et* -ə, *tusc.* (*Lucae*) nièbbita, *venet.* (*Tarvisii*) névole, *sard. centr.* nébiđa, *prov.* nepta *et alia francog. a serm. docto haud aliena, cat.* nepta, *hisp. vet.* nieta, nebda, *port.* nêveda. *cf. M.-L. 5889 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2571. Wagner II 160. Wartburg VII 93sq. Coromines V 908. Corominas-Pascual IV 220. Machado³ IV 210. Schd.-Cr.*]

*nomen est variarum* herbarum (*sc. quae vocantur 'Calamintha nepita' Savi et 'Mentha silvestris' L. sec. André, Les noms de plantes, 1985, 171; accedit* herba *l. 26. 62. 67. al.; de re v.* PLIN. nat. 20, 158 GARG. MART. med. 23 GALEN. alfab. 196): **1** *de -ae nomine et natura*: **a** *-a eandem herbam significat atque alia nomina*: calamintha *sim. vel species eius* (*adde l. 23. p. 540, 65*): DIOSC. gr. 3, 35, 1 *καλαμίνθη· ἡ μέν τις ὀρεινοτέρα ἐστίν ...· ἡ δέ τις γλήχωνι ἔοικε ..., ταύτην Ῥωμαῖοι -αν καλοῦσιν· ἡ δὲ τρίτη κτλ.* (*inde* DIOSC. 3, 37 p. 394, 3 *v. vol. X 2, 2578, 35*). GALEN. XIV 43 *-ον, οὕτως οἱ Ῥωμαῖοι τὴν κ. ὀνομάζουσι* (*sim.* XIV 44 *τὸν -ον*). GARG. MART. med. 23, 1 -am Graeci c. vocaverunt, nostri vulgo -am dicunt; magnae virtutis et vehemens in calore est *eqs.* (*inde sim.* ISID. orig. 17, 9, 82 menta agrestis, quam Graeci *κ.*, nostri ... -am vocaverunt *eqs.*). CASS. FEL. 43, 8 -am viridem, quam c. vocant. *al.* *cetera exempla*: PS. APVL. herb. 94 l. 7 a Graecis dicitur minte orine, alii diaulos, profetae ⌊ema (*i. αἷμα*) Ammonos, Itali -a montana⌋ (gonos A., Latini -a campestris *var. l.*). herb. interpol. 91 l. 17 secunda species *mentastri* ..., quam ... Latini ... -am vocant (91 adn. 10). DIOSC. gr. Vind. 3, 34 *ἡδύοσμον ἥμερον· ... Ῥωμαῖοι μέντα, οἱ δὲ -αμ* (3, 35 *καλαμίνθη ὀρεινή· ... Ῥωμαῖοι -αμ, οἱ δὲ μ. μοντάνα. adde l. 17*). **b** *distinguuntur species -ae* (campestris *in var. lect. l. 21*): COLVM. 7, 5, 18 -ae silvestris (*v. l. 65*). PS. APVL. herb. 94 tit. herba -a montana (*al., v. e. g. l. 20. 68. 71*). GALEN. alfab. 196 (-a) -a est omnibus nota; cuius sunt species tres *eqs.* (*quae respondent fere generibus calaminthae l. 11sqq. descriptis*). **c** *respicitur -a sine satione orta*: PLIN. nat. 19, 123 nascuntur ... etiam non sata mentastrum, -e (-a *edd. vet.*), intubum, puleium. **d** *alia herba -ae similis esse dicitur*: PS. DIOSC. herb. fem. 10 folia habet mollia ..., -ae similia (*de sampsucho ut*: GALEN. alfab. 260 [samsuchus] folia et ramos [-mis, -mulos *var. ll.*] ... non dissimiles -ae).

**2** *respicitur -ae usus* (*adhibentur eius* folia *l. 51,* pulvis *l. 59sq.,* radix MARCELL. med. 26, 60 PLIN. phys. Sang. p. 202 l. 15, sucus *e. g. l. 50. 60. 63*): **a** *in medicina*: **α** *illustrantur -ae vires, virtutes sim.* (*adde l. 16*): CELS. 2, 21, 2 (*inter ea, quae* mali ... suci sunt) thymum, -a, satureia *eqs.* (*iuxta easdem herbas*: 2, 25, 2 [*inter ea, quae* aliena ... stomacho sunt]. 2, 31 [*inter ea, quae* urinam ... movent]. 2, 32 [*inter ea, quae* sensus excitant]). 4, 27, 1ᴰ add. l. 3 medicamenta quae evocent, *sc. sanguinem menstruum,* ut costus ..., -a *eqs.* PLIN. nat. 20, 158 (*inde* 1, 20, 56 *medicinae ex* -a VIII) puleio est -aeque societas: decocta ... discutiunt frigora ...; -a ... vires contra serpentes habet *eqs.*

**β** *adhibetur in curatione*: Ⓘ *hominum; respiciuntur medicamenta*: Ⓐ *ore sumenda*: CELS. 4, 4 oportet gargarizare ex aqua, in qua vel thymum vel hysopum vel -a decocta sit (*item gargarizatur*: 4, 7, 2. 6, 6, 15ᴮ). *al.* GARG. MART. med. 23, 4 (*compositio antidoti q. d. polyetes*) -ae unciae VI, petroselinae unciae VI *eqs.* SER. med. 504 adpositu ... leves -ae gustuque iuvabunt (*ad hydropa; simul pertinet ad l. 55sqq., ut*: PS. APVL. herb. 94 l. 3 herba -a montana ex vino trita, sucum eius ... potui datur, cuius etiam folia contrita plagae utiliter inponuntur). 646 molles -ae ... bibentur. PS. APVL. herb. app. 94 l. 3 herbam -am ... dabis in aqua calida bibere. MARCELL. med. 16, 38 vettonicam, -am, puleium ... decoques atque inde laboranti tussi ... cyathos singulos ... per triduum dabis. *al.* Ⓑ *imponenda, illinenda, infundenda sim.* (*adde l. 48sqq.*): CELS. 5, 18, 32 ad articulos *dolore affectos* fici ... aridi partem -ae mixtam ... recte aliquis imponit. 6, 13, 1 *tubercula gingivarum* perfricare ... inter se mixtis sale fossili combusto, cupresso, -a. *al.* PS. APVL. herb. app. 94 l. 7 medicamen conficis de -a, si ... pulverem admisces eius herbae *eqs.* THEOD. PRISC. eup. faen. 42 (*ad narium morbos*) sucum -ae ... frequenter infunde, aut eiusdem ... pulverem ... insufflato. CAEL. AVR. chron. 4, 7, 98 admixtis *in cataplasmate* ... aromatibus vel -a herba *eqs.* PLIN. phys. Bamb. 26 -e sucum naribus ... infundito. *al.*

Ⓘⓘ *animalium*: COLVM. 7, 5, 18 si molesta pituita est, ... surculi -ae silvestris lana involuti naribus inseruntur versanturque, donec sternuat ovis. PALLAD. vet. med. 3, 1 (*inter herbas medicinales animalibus aptas*) herba -a. 35, 6 contra serpentes: in eorum stabulis muliebres capillos ... vel -am *eqs.* PELAGON. 26 cariotae, ... -ae montanae uncias singulas ... *equo* dabis (*cf. Hippiatr. gr. I p. 392, 4* [*item p. 268, 12*] *ἡδύοσμον ἀγρίου*). CHIRON 217 (*in potione*) piperis grana *tot* ..., murra, -a *eqs.* (*inde* VEG. mulom. 1, 42, 4). 818 potio ad ventris dolorem: -a montana, apium *eqs.*

**b** *cetera exempla; -a adhibetur:* *in cibo vel potu*: COLVM. 12, 59, 1 (*ad moretum faciendum*) addito in mortarium ... thymum viride vel -am *eqs.* PLIN. nat. 14, 105 fit vinum e radice asparagi, ... mentastro, ruta, -a *eqs.* APIC. 6, 5, 2 ius agitabis apio viridi et -a. 10, 2, 3 -am montanam. exc. pim. p. 87, 11 de siccis hoc: lasaris radices, menta, -a *eqs.* *ad serpentes arcendos* (*cf. p. 541, 43. 67*): SER. med. 859 aut styracem torres ... vel -am aut frondem ... myricae.

**3** *respicitur -a condenda, servanda* (*ad usum med. v. p. 541, 67, ad cibos l. 1*): COLVM. 12, 7, 1 (*inter herbas reponendas*) pulei et -ae et lapsanae ... coliculum (*ita iungenda, v. André, ed. 1988, 116*). 12, 7, 2 pastinaca et -a ... in alveos componuntur et ... reponuntur. PLIN. nat. 19, 160 haec ... servantur simili genere, mentam dico puleiumque et -am.

*cf. Onom.* *Simon.*

**nephela** *f., νεφέλη.* *operis pistorii genus* (*v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 54 et cf. p. 342, 48sqq.*): NOT. Tir. 109, 32 -a (nef- *fere codd.; cf. e. g. 24* placenta. *33* lucunculus [nuc- *trad.*]). *cf. Onom.*

**nephelion** (*scrib.* nef-) *n., νεφέλιον.* *i. q.* nubecula (*cf.* GLOSS. nubicula: *-ον*): **1** *nomen herbae q. e. personacia* (*fort. nubeculae sanandae apta, v. André, Les noms de plantes, 1985, 171; hac notione gr. alibi non legi vid.*): PS. APVL. herb. 36 l. 23 a Graecis dicitur prosopis ..., alii -on, Itali personacia (*inde* GLOSS. III 570, 8 -on [-fil- *cod.*], i(d est) p.). **2** *vitium oculi* (*cf. l. 21*): PLAC. med. 4, 8 rec. *α* (*tit.* ad caliginem oculorum) *fel caprae* facit et ad ... -on et glaucomata et pterigas.

**nephelis** (*scrib.* nef-), *acc.* -idem *f., νεφελίς.* *i. q.* nubecula, *sc. vitium oculi* (*cf. l. 18*): PLAC. med. 9, 15 rec. *β* (*tit.* ad caliginem oculorum) *fel canis* et ad (eo *trad.*) -em facit.

**nēphentes** *v.* nepenthes.

**nephrēsis** (*vel* -rĕ-) *f.* *pro* nephritis, *ut e. g.* pleuresis *pro* pleuritis (*v. vol. X 1, 2438, 36sqq.*). *scribitur ubique* nefr-.

*i.* passio renum (*cf.* ISID. orig. 4, 7, 24 -is a renum languore nomen accepit; renes enim Graeci ⌊nefretin⌋ dicunt [⌊ ⌋ *nomen passionis, perperam pro parte corporis positum, νεφρούς edd. rec.*]. GLOSS. -is: renium dolor): PS. GALEN. ad Glauc. 3, 62, 1 -is non in infantibus, sed in viris contingit.

**nephrētēs** *v.* nephrites. **nephrēticus** *v.* nephriticus.

**nephrītēs** (-rēt-), *acc.* -en *m., νεφρίτης et* **nephrītis,** *acc.* -in *f., νεφρῖτις.*

*significatur passio ad renes pertinens (non nisi in explicationibus):* *scribitur* nefrit- (-phr- CAEL. AVR.): CHIRON 38 morbus ..., qui adpellatur ⌊-es, latine subrenalis⌋ ([-er ... subrenaliter *cod. Basil.*]. *cf.* 469 *vitium subrenale* appellatur graece -es [-ces *cod. Basil.*]. CAEL. AVR. chron. 5, 3, 52 tit. de renali passione, quam Graeci -in appellant). *ibid.* -es erit hic, qui signa haec adfert: *eqs.* (-er *cod. Basil.*). *scribitur* nefret-: CHIRON 464 quod vitium *subrenale* graece -en appellatur (*cf. Hippiatr. gr. I p. 150, 3 νεφρῖτις λέγεται κτλ.*). AGNELL. in Galen. ad Glauc. 20 l. 7 si ... flegmon fuerit in renibus, dicitur -is. ISID. orig. 4, 7, 24 *v. l. 27sq.*

※**nephrīticus,** -a, -um, *νεφριτικός.* *scribitur* nefret- (*cf.* nephresis) *in codd. vet.* ANON. med. ed. Piechotta 164 ORIBAS. syn. 1, 35, 2 Aa p. 89, 18 *et passim in recc.* (neufret- *saepe apud* DIOSC.), *rarius* nefrit-, *sc. in cod. ant.* ORIBAS. syn. 9, 20, 4 Aa p. 315, *ceterum* CHIRON 28 MARCELL. med. 26, 34. *al.* (nephrit- *codd. deficientibus* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 6). *de notione v. l. 54. 63sq. p. 543, 2; cf.* GLOSS. III 603, 18 *et* 20 nefretice (*sc. -ή*): dolor circa renes. [*confunditur in codd. c.* phreneticus CASS. FEL. 45, 6. *al.* (*perperam pro gr. φρεν-* DIOSC. 1, 59 p. 33, 13).]

*i. ad nephritin pertinens* (*pro subst. masc. passim sub 1, ?fem. p. 543, 6, ?neutr. p. 543, 7*): **1** *de animantibus passione affectis* (*iumentis l. 53; masc. pro subst., exceptis fort. l. 58sqq. 70*): **a** *plur.*: CHIRON 28 morbidi, -i quando ⌊laxam valitudinem⌋ (*v. vol. VII 2, 1075, 6*) pati videntur. PLAC. med. 3, 12 rec. *β* ad -os, qui a renibus laborant: *eqs.* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 6 *id* in -is contingit. CASS. FEL. 45, 4 confectio conditi -is conveniens et ... calculosis (*sim.* 45, 6). ANON. med. ed. Piechotta 164 -is, epaticis ... sucus ... datur. HIPPOCR. aer. 9, 2 ⌊calculosi sunt ... homines et -i⌋, ubi *eqs.* ([⌊ ⌋ *gr. 9, 1 λιθιῶσι ... καὶ ὑπὸ νεφριτίδων ... ἁλίσκονται*]. *item praedicative*: GALEN. ad Glauc. 2, 2, 4 fol. 254ᵛᵇ alii putant eos esse -os, alii colicos. *al.*). DIOSC. 1, 12 p. 11, 26 -is et dysureticis utiliter datur (*gr. 1, 14, 4 πρὸς ... νεφρίτιδας, δυσουρίας*). 1, 13 p. 12, 17 -i⟨s⟩ bel, *i. vel,* epaticis ... prodest (*gr. 1, 15, 2 νεφριτικοῖς*). PS. GALEN. ad Glauc. 3, 55, 1 causae -orum, qui renum dolorem *non ferunt* (*inde* GLOSS.ᴸ I Ansil. NE 199 [med. p. 48]). ORIBAS. syn. 1, 35, 2 Aa p. 89, 18 ad sciaticos, ... ad -is (*gr. ἐπ' ἰσχιάδος, ... ἐπὶ νεφριτικῶν ... διαθέσεων,* ad -os As *et* Ab, ad -as ... passiones La). *al.* (*saepe apud* DIOSC.). *ponuntur aegroti pro passione*: HIPPOCR. aphor. 3, 31 articulorum dolores, ⌊-i⌋, vertigines (⌊ ⌋ renium dolor *var. l., gr. νεφρίτιδες*). **b** *sing.*: PS. GALEN. ad Glauc. 3, 69, 3 -us ... sanguinem meia[n]t, ... colicus autem *eqs.* PLIN. phys. Sang. p. 228 l. 16 *aegrotus,* si ... *hoc fit,* -us morietur, id est a vesica.

**2** *de rebus*: **a** *de remedio passionis*: MARCELL. med. 26, 34 confectio conditi (*sc. vini*) -i, quod facit ad dolorem renium ... et ad vessicae purgationem *eqs.* (CASS. FEL. 51, 9). CASS. FEL. 45, 3 antidotum ⌊-um⌋ calculosis aptissimum (⌊ ⌋ *nisi praeferas var. l.* -is *coll. l. 56*

*[Spoth]*

*sq.*). **b** *de ipsa passione* (*cf. p. 542, 67*): CASS. FEL. 21, 10 in -a passione ([frenet- *var. l.*]. 45, 1 -a p. ..., id est renalis. ORIBAS. eup. 1, 3, 3 Ab p. 407 artriticas aut nefr[en]iticas [nefrit- *As; gr. v. l. 6*]. *al.*). ORIBAS. eup. 1, 3, 3 Li p. 407 aegritudines ... insanabiles ..., quales sunt podagrica et artritica et -a (*gr.* ἀνιάτοις ... παθήμασι, ποδάγρᾳ καὶ ἀρθρίτιδι καὶ νεφρίτιδι, *ita ut cogitare possis etiam de fem. pro subst. et* passio *sim. subaudiatur, cf. p. 542, 48*). *?neutr. plur. pro subst.* (*addasne p. 542, 65?*): HIPPOCR. aphor. 6, 6 -a (*M*, -am, -i *var. ll.; vix sunt sana, quae in M sequuntur; gr.* τὰ νεφριτικά). **c** *de re passionis propria, indicio*: ORIBAS. eup. 4, 117, 8 La p. 626 nigra ... [h]urina[m] -a est *eqs.* (*gr.* μέλαν δ᾽οὖρον νεφρῶν ἐσθ᾽ ὅτε λιθίασιν προσημαίνει).

**nephrītis** *v.* nephrites. *Spoth.*

**nephros** *m.*, νεφρός. *i. q. renes, sc. non nisi in nomine gemmae* Adadu -os: PLIN. nat. 37, 186 A. ⌞-os sive renes⌟, eiusdem oculus, digitus (⌞ ⌟ *ita Mayhoff, aut* nepros *aut* ren(e)is *codd., unde ceteri edd. aut* -os *aut* renis *vel* renes; *eodem loco cetera nomina gr. omnia latine explicantur, e. g.* hepatitis a iocinere). *huc spectat in indice* 1, 37, 71 A. [e]nephros (nefer- *var. l.*), A. opthalmos, A. dactylos. *Ranieri.*

**nepida, nepita** *v.* nepeta.

**[nepodes** *coni. Weise, Griech. Wörter im Lat., 1882, 417* (*cf. gr.* νέπους) Ov. hal. 126 (lepores *codd., v. vol. VII 2, 1182, 23*; apodes *mavult Capponi, 1972, ad l.*, epodes *alii*); *v. etiam p. 282, 64sqq.***]** *Spoth.*

⌘**nepōs,** -ōtis *m.* (*f. v. l. 46*). [*a* *(ə₂)nep-ōt-, *(ə₂)nep-t- *'filius aut filii filiaeve aut fratris sororisve', cf. lituan. vet.* nepuotis, *anglosax.* nefa, *quae idem significant, ind. vet.* nápāt- *'filius filii filiaeve', gr.* ἀνεψιός *'filius sororis'. v. Walde-Hofmann II 161sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 405sq. Mei.*] *de origine*: FEST. p. 165 (*suppl. e* PAVLO; *antea p. 549, 6*) quod ⟨nomen ductum ab eo, quod natus post patri⟩ sit quam fil⟨ius⟩ (*sim.* ISID. orig. 9, 5, 26). LYD. mag. 1, 42, 3 νέπως, ὁ νέος παῖς ἐξ Ἑλληνικῆς ἐτυμολογίας, ὁ ἔγγονος λέγεται, ὡς καλῶς ὁ ⌞Φιλόξενος⌟ εἶπεν (⌞ ⌟ *v. Heller, Trans. Am. Phil. Ass. 93, 1962, 80sqq.*). *adde p. 540, 18sqq.* *scribitur* naep- INSCR. Année Épigr. 2016 n. 1206 (*Dalmatiae, saec. II med.*). Iugosl. Šašel 64 (*saec. II*), neb- INSCR. Hung. 980 (*nisi potius ad Onom.*), nepp- INSCR. Année Épigr. 1973 n. 427 (*e Pannonia, saec. II*). CIL VIII 22791a (*saec. II/III?*), neps CIL VIII 10772 (*saec. II?*), nept⟨es⟩ (*i.* nepotes) INSCR. Année Épigr. 2009 n. 1008 (*ex Illyrico, saec. III*), nip- *p. 551, 54 et* INSCR. Année Épigr. 2011 n. 1668 (*ex Africa proc., saec. IV²*). christ. Diehl 2959 (*saec. fere V*) nipo(ti) (*cf. e. g. p. 544, 6*); *c. apice* -pót- R. GEST. div. Aug. 22. 33; *litt. gr. l. 29. p. 549, 18. 19.* *formam* lepos (-us) *pro* nep- *exhibent* GLOSS. l.: filius fratris. NOT. Tir. 48, 74 lepus (*73* pronepus, *75* neptis; *cf. vol. X 2, 1819, 44sqq.*). *notatur* n *persaepe, e. g. p. 544, 42sqq. 59. 63sqq.,* nep *e. g.* CIL I² 3110. INSCR. numm. imp. II p. 406 n. 540 (*a. 117*). CIL VIII 24100 (*a. 161*). II² 5, 162 (*saec. II²/III¹*). XI 3040, nepo *p. 546, 68 et* nipo *l. 38, sc. pro dat.* -(ti) (*vix intellegas dat. nominis q. e.* nepus; *cf. l. 75*), npt CIL VI 18179 (*saec. II?*). NOT. Tir. 48, 71 -us (*cf. l. 40*). *de genere, sc. masc. vel fem.* (*cuius exemplum saepe affertur* ENN. *p. 546, 61*): FEST. p. 286 antiquae ... consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius ... 'Ilia dia -s'; ... quae ... ut antiquam consuetudinem testantia debemus accipere. p. 343 feminino genere pronuntiabant antiqui. NON. p. 215, 6 -s dici et femina potest Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur. PROB. cath. gramm. IV 26, 31 ⌞hic et haec -s⌟, huius -is; quamvis multi haec neptis dicant (⌞ ⌟ *item* SERV. Aen. 12, 519 [*seq. p. 552, 35*]). CHAR. gramm. p. 114, 26 ⌞nomina in 'os' exeuntia ... non possunt transire in feminina⌟, ut ... -s -is ...; sed consuetudo -em masculino et neptem feminino genere usurpavit (⌞ ⌟ *cf.* SERV. Aen. 6, 574 feminina ex se non faciunt, *ubi seq.*: facit -s neptis). EXPLAN. in Don. 1. 70 pro neptis. PRISC. gramm. II 253, 2 -s -is, quod quidam commune putaverunt, quamvis femininum sit neptis. ISID. orig. 9, 5, 26 -s ... utriusque sexus est. DIFF. ed. Beck p. 71, 6 -s masculinum genus significat, neptis feminam demonstrat. *v. etiam p. 544, 1.* *de formis: nom. sing.* -us (*cf. l. 44*) *in inscr. p. 546, 75 sqq.* (*de femina ut p. 548, 72. 551, 71*). *548, 62. 71, in codd. rec. l. 45 et e. g.* PELAG. I defens. 6 p. 70, 3 CONC. Autiss. a. 561/605 p. 269 l. 93; *cf. abl.* nepute CAES. AREL. reg. mon. p. 149, 1. *ceterum dat.* -e CIL III 226 (*in miliario; postea*: pontifice). INSCR. Année Épigr. 1983 n. 484 (*e Lusitania*), *abl.* -i *in var. lect. p. 545, 1, ?abl.* -tins CIL XIII 1489 (*saec. VI; in parte nunc deperdita*); *nom. plur.* -is CIL IX 6219 (*saec. V/VI*), *gen.* -orum CIL X 2015, 13 (*saec. II med. vel ex.*) nepotor(um). LIB. geneal. chron. I p. 178, 359 (*in var. l.*); *flexionem gr. v. p. 549, 18. 20.* *de mensura*: PS. PRISC. gramm. III 521, 12 quae *disyllabae* sunt ... prior brevis et ulterior longa, acuto accentu pronuntianda sunt, ut -s *eqs.* 525, 2 'os' syllabā terminatā in paenultimis producenda sunt, ut ... -s -is. *de notione* (*v. etiam p. 544, 20 sqq. 549, 5sqq. nec non p. 549, 59*): GLOSS. -s: υἱωνὸς ὁ ἔγγονος ὁ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ. υἱωνός. ἔκγονος. ἔγγονος. ⌞ἀνεψιός⌟ (*cf. p. 548, 39*). -es: posteri. GLOSS.ᴸ I Ansil. SE 99 secundus heres: -s. GLOSS. iurispr. μαγκίπιουν Φ 25 φιλιουμ βελ νεϱουμ (*i.* νέπουμ): υἱὸν ἢ ἔγγονον καὶ σημείωσαι ὅτι τούτοις τοῖς ὀνόμασι καὶ ἡ θυγάτηρ καὶ ἡ ἐγγόνη περιέχονται. *nota* GLOSS. V 524, 12 est ⌞nomen stellae et nomen serpentis⌟ et filius filii (⌞ ⌟ *confunditur c.* nepa *ut p. 549, 26*). *legitur in titulis vetustissimis* (*de* LEGE XII tab. *v. p. 546, 1. 16*) *et inde a* PLAVTO *per totam fere latinitatem.* [*galloromanice imprimis 'filius sororis vel fratris' (cf. p. 548, 51), contra hiberoromanice imprimis 'filius filii vel filiae' (cf. l. 18), alibi utroque sensu: val.* nepot, *it.* nipote (*cf. scripturam* nip- *p. 543, 36sq.*), *sard. centr.* nebòde *et mer.* -i, *raet. or.* nevot, *francog.* neveu, *cat.* nebot; *e nom.* -s: *march. vet.* nebbo, *venet. vet.* nievo, *ligur.* névu, *raet. centr.* nù, *prov. et cat. vet.* neps, *francog. vet.* niés; *plur. 'sarmenta vitis sim. superflua amputandaque' (cf. p. 549, 59): apul.* nepúte, nepèute, nepauete, *abrut.* nəpótə, *it. centr.* nəpútə, nipúchi, *tusc.* (*Senae*) nipóti (*sec. schedas ad praeparandum Lessico etim. ital. collectas*). *cf. M.-L. 5890 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ II 802. Battisti-Alessio IV 2571. Cortelazzo-Zolli² 1040. Wagner II 162. Kramer V 68sq. Wartburg VII 94sqq. Corominas V 889sq. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* nepotellus *p. 550, 37; restit. pro* neptis *p. 549, 24sq.*]

**I** *usu originario, sc. de hominibus et deis*: **A** *notione communi*: **1** *strictius, i. q. filius (etiam filia sub b et c) filii vel filiae* (*saepius de -e adoptivo* [-s adoptivus LIV. perioch. 48, 20, *sed* naturalis *p. 545, 53,* verus *p. 545, 35 et* PS. AVR. VICT. orig. 19, 7]). *definitiones* (*v. etiam quaedam sub B allata*): GAIVS dig. 38, 10, 1, 4 secundo gradu *cognationis* sunt supra avus avia, infra -s neptis (*in eadem re item disting.* neptis: PAVL. sent. 4, 11, 2 FRG. de grad. cogn. 4 INST. Iust. 3, 6, 2). PAVL. dig. 38, 10, 3, 2 avum ... et aviam tam maternos quam paternos intellegemus, item -es neptesque tam ex filio quam ex filia (*in eadem re item disting.* neptis: 38, 10, 10, 13 sent. 4, 11, 2. *ceterum*: INTERPR. Paul. sent. 4, 10, 2 -*es* sive ex filio vel ex filia procreati). ISID. orig. 9, 5, 26 -s est, qui ex filio natus est. 9, 6, 23 patris mei pater mihi avus est, ego illi -s aut neptis. *saepius in contextu opp. avus vel avia; insuper indicatur pater vel mater per praepos. e nomine -s pendentem, sc.* ex *l. 25. p. 545, 45. 73. 546, 24. al.* (*cf. p. 548, 69sqq.*), per *p. 545, 49, vel in locut.* -s nascitur, natus est *sim.* ex *aliquo (aliqua) e. g. l. 27sq. p. 546, 5. 547, 37, c. dat. vel abl. e. g. p. 545, 60. 62. 63. 546, 8. 11, vel in locut.* -em habere *sim.* ex *aliquo (aliqua) e. g. p. 545, 51. 64. 67.* *gr. respondet* ἔγγονος *p. 543, 30. 72sq. 75. 549, 20,* ἔκγονος *p. 543, 73. 547, 50. 548, 24. 29,* υἱωνός *p. 543, 72. 545, 23. 546, 23.*

**a** *respiciuntur masculi* (-s masculus *p. 546, 2; saepius disting.* neptis, *e. g. p. 546, 3sqq.*): **α** *homines*: ① *Romani* (*addidimus fictos in comoedia, decl., contextu generali sim. e. g. p. 545, 1sqq. 9. 37. 38*): Ⓐ *in nomenclatione*: ① *in titulis* (*exempla pauca antiquiora*): ⓐ *quibuslibet* (*omisimus praenomen patris inde a l. 50*): CIL I² 410 (*saec. III a. Chr.; in patera*) C. Gabinio(s) ⟨L(uci) f(ilios)⟩ T(iti) n(epos) Caleno⟨s⟩. 615 (*a. 189 a. Chr.*) M. Folvius M(arci) f(ilius) Ser(vi) n(epos) Nobilior. 617 (*a. 187 a. Chr.?*) M. Aemilius M(arci) f(ilius) M(arci) n(epos) Lepid(us). I² 2, 11 (*saec. II med. a. Chr.*) L. Cornelius Cn. f(ilius) Cn. n(epos) Scipio. I² 2856 L(ucios) Camelio(s) L(uci) f(ilios) L(uci) n(epos). 3110 Q(uintus) Caesius Q(uinti) f(ilius) ⌞nep(os)⌟ (*sc. Q.*). 3275 L(ucius) Helvaci(us) C. f(ilius) M(arci) n(epos) Corbulo. 3501 (*in amphora*) P. Claudius P(ubli) n(epos) (*omisso praenomine patris*). FAST. cos. Antiat. mai. a. 146 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 161) L. Mummi(us) ... L(uci) n(epos). INSCR. numm. lib. rei publ. n. 372 (*a. 81 a. Chr.*) A. Post(umius) ... S(purii) n(epos) Albin(us). CIL I² 736 (= 737; *a. 78 a. Chr.*) ⟨Q. Lu⟩tatius ... Q(uinti) n(epos) C⟨atulus co(n)s(ul)⟩. INSCR. lib. rei p. Degrassi 496 (*Romae, a. 55/4 a. Chr.*) ⟨M.⟩ Valerius ... M(a)n(i) n(epos) Messalla. TAB. hosp. (CIL VIII 68; *a. 12 a. Chr.*) L. Domitio ... L(uci) n(epoti) Ahenobarbo. ELOG. CIL VI 40932 (*ex foro Augusti*) ⟨Aeneas⟩ Sil⟨vius⟩ ... ⟨Aeneae ne⟩po⟨s⟩. *al.* ⓑ *ad domum imperatoriam pertinentibus* (*ordine progenitorum inverso l. 65*): CIL XI 3040 (*a. 4/3 a. Chr.*) ⟨C. C⟩a⟨e⟩sari Aug(usti) f(ilio) d(ivi) n(epoti) ([*postea*: L. Caesari Aug(usti) f(ilio) divi nep(oti)]. DECRET. decur. Pis. [CIL XI 1421] 9 Augusti ... ⟨f⟩ilium, divi -em). V 6416, 3 (*a. 7/8*) Germanico Iulio ⟨T⟩i(ti) f(ilio) Augusti nepot(i). XIII 3570 (*a. 4/14*) Ti. Caesari Augusti f(ilio) divi -i. INSCR. Année Épigr. 1988 n. 550 (*a. 14*) Druso Caesari Ti(beri) f(ilio) Augusti n(epoti) (1977 n. 251 [*a. 14/23*]). n. 551 (*fort. ante a. 29*) Nero⟨ni ...⟩ German⟨ici f(ilio) Ti(beri) Aug(usti)⟩ n(epoti). CIL III 14147¹ (*a. 39*) C. Caesari ... Germanico ... Ti(beri) Caesaris Aug(usti) n(epoti) Germanici Caesaris f(ilio). *al.*

② *apud auctores* (*cf. e. g. p. 545, 11. 546, 22sq. 27sq.*): CIC. Att. 12, 49, 2 (*ironice vel c. contemptu*) *quidam* litteras attulerant a ⌞C. Mario C. f(ilio) C. n(epote)⌟ multis verbis (⌞ ⌟ *sc. qui necessitudinem cum Mario et Crasso simulabat; postea*: L. Crassi, avi sui. *cf. p. 545, 11*). LIV. 2, 18, 5 M(anlium) Valerium Marci filium Volesi -em. 3, 25, 2. ASCON. Corn. p. 51, 15 Q. Metellum Nepotem, Baliarici filium, Macedonici -em. GELL. 13, 20, 9 M. Cato M(arci) filius M(arci) -s.

Ⓑ *usu vario* (*respic. nondum nati vel numquam nascituri p. 545, 44, cf. p. 547, 6*): ① *contextu vario*: ⓐ *exempla quaelibet selecta*:

*[Rocchi]*

Plavt. Truc. 790 quid puero factumst, mea quem peperit filia, meo -e? (-i *var. l.; de iunctura* facere *c. abl. v. vol. VI 1, 103, 73sqq.*). Ter. Hec. 639 (*senex seni*) natus est nobis -s *eqs.* Ad. 974 tuo -i huius *adulescentis* filio. Afran. com. 246 occurrit -s pausillus, neptis porro de lecto frigit. Rhet. Her. 4, 15, 22 tui, *Africane,* clarissimi -es, *sc. Gracchi.* Cic. Verr. II 4, 22 C. Cato, duorum hominum clarissimorum -s, L. Pauli et M. Catonis. Phil. 2, 90 (*ironice*) *M. Antonium* puerum nobilem, M. Bambalionis -em (*v. Ramsey, comm. 2003, ad l.*). Tusc. 1, 85 *v. p. 552, 60.* nat. deor. 3, 90 ferretne civitas ulla latorem istius modi legis, ut condemnaretur filius aut -s, si pater aut avus deliquisset? (*antea p. 547, 9*). off. 2, 80 Gracchos, Ti. Gracchi summi viri filios, Africani -es. Att. 14, 8, 1 (*ironice*) de Mario probe, etsi doleo L. Crassi -em (*cf. p. 544, 68*). 16, 14, 4 avi tui pronepos, *i. Quintus iunior,* scribit ad patris mei -em, *i. Marcum iuniorem.* Catvll. 68, 120 una caput seri nata -is alit. Verg. Aen. 6, 864 quis … ille …? filius anne aliquis magna de stirpe -um (*vix ad 2a*)? Tib. 2, 5, 93 *non* taedebit avum parvo advigilare -i *eqs.* Ov. fast. 1, 533 *Tiberius vel Germanicus* -s natusque dei, *sc. divi Iulii.* 3, 227 laudatas … tenent natas, *sc. Sabinas,* scutoque -em fert avus: hic scuti dulcior usus erat. Liv. 44, 44, 3 Africanus et ipse … appellatus, naturalis consulis Paulli ⟨filius⟩, adoptione Africani -s. Epist. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 1 (*Liviae*) collocutus sum cum Tiberio …, quid -i tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. R. Gest. div. Aug. 22 munus gladiatorium dedi … quinquiens filiorum meorum aut -um nomine (*gr.* ⟨υἱ⟩ωνῶν). Vell. 2, 96, 1 *ut Agrippa* Neronis esset socer, cuiusque liberos -es suos, *i. Gaium et Lucium,* divus Augustus … adoptaverat. Orat. imp. Claud. (cil xiii 1668) 1, 16 huic *Tarquinio Prisco* … et filio -ive eius … insertus Servius Tullius. Sen. dial. 6, 15, 2 Augustus amissis liberis, -bus, exhausta Caesarum turba adoptione desertam domum fulsit. Lvcan. 5, 474 post pignora tanta sanguinis infausti, sobolem mortemque ⌞-is⌟, *i. Caesaris et Pompei filii* (-um *var. l., quae coll. Plut. Pomp. 53, 3sqq. et* Svet. Iul. 26, 1 *pertinet ad p. 547, 4*). Plin. nat. 7, 60 *v. p. 553, 3.* Tac. hist. 1, 15, 1 *Augustus* sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox -es suos … in proximo sibi fastigio collocavit. Plin. epist. 1, 12, 3 *Corellium* quamquam plurimas vivendi causas habentem …, praeterea filiam uxorem -em sorores. 8, 11, 3 *v. p. 553, 9.* Svet. Cal. 19, 3 anxio de successore Tiberio et in verum -em proniori. Avr. Fronto p. 86, 16 laetissimus incolumitate filiae, -um, generi. Fronto p. 237, 20 meus … dulcissimus -s, quem ipse sinu meo educo. Calp. decl. 30 tit. -s ex meretricio susceptus. Apvl. met. 8, 20, 2 -s … meus et itineris huius suavis comes. Avson. 8 (322 S.), 2 mellite -s. 10, 11 (170 S.), 3 maesti luctus acerbus avi, Pastor care -s. Hist. Avg. Ver. 3, 6 hic … ab Antonino videretur ob hoc retentus, quod eum pater, *i. Hadrianus,* ita in adoptionem Pii transire iusserat, ut -em appellaret. Clavd. 22, 349 *Stilicho* avus maturior aevi Martia recturo tradit praecepta -i. Merob. carm. 1, 17 de prole licet sperare -em. *al.* ⓑ *indicatur -is mater vel pater per praepos.* ex (per *l. 49; pendet e -s praeter l. 48. 50sq.*): Cic. rep. 2, 33 Numae Pompili -s ex filia *Ancus Marcius* (Brut. 263. Vell. 2, 2, 1 Ti. Gracchus, Ti. Gracchi clarissimi … viri filius, P. Africani ex f. -s. Ascon. Mil. p. 32, 1 Svet. Cal. 26, 1. Hist. Avg. Carac. 3, 8 Pompeianum Marci -em ex f. natum et ex Pompeiano. *cf.* Evtr. 9, 22, 1 Constantius per filiam -s Claudii traditur**)**. Sen. contr. exc. 2, 4 tit. -s ex meretrice susceptus (*disting. l. 37*). Svet. Aug. 64, 1 -es ex Agrippa et Iulia tres habuit C(aium) et L(ucium) et Agrippam, neptes duas Iuliam et Agrippinam *eqs.* Tib. 55 *ut* -em … suum ex Druso filio naturalem ad successionem imperii confirmaret (Gell. 13, 20, 3 M. Cato non cognomento Nepos, sed M. Catonis Censorii ex f. -s. Hist. Avg. Max. Balb. 3, 4). 76 Gaium ex Germanico et Tiberium ex Druso -es.

② *in iure vel legibus sim.*: ⓐ *exempla quaelibet* (*paucissima selecta; cetera v. Vocab. Iurispr. Rom. IV 1, 98sqq.*): Lex repetund. (cil I$^2$ 583) 77 ipse ceivis Romanus iustus esto filieique eiei gnatei, quom ceivis Romanus ex hace lege fiet -esque ⟨d⟩um eiei filio gnateis ceiveis Romanei iustei sunto (*sim.* inc. Tarent. [cil I$^2$ 2924] 8 ⟨ipsei libe⟩risque eius -busque eo filio gnatis). Lex Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) qui senator est ⟨erit⟩ quive filius -sve ex filio proneposve ex ⟨-e⟩ filio nato cuius eorum est erit, ne quis *eqs.* Proc. dig. 1, 7, 44 si is, qui -em ex filio habet, in -is loco aliquem adoptavit, non puto mortuo avo iura consanguinitatis inter -es futura esse. Iavol. dig. 28, 6, 39 pr. (*ex Labeone*) cum ex filio quis duos -es impuberes habebat *eqs.* Lex Irnit. 5 C 12 ne quis IIvir neve aedilis neve quaestor neve cuiius eorum filius ⟨neve⟩ -s neve pater *eqs.* Test. (cil xiii 5708) 1, 17 *Aquila* -s meus et h(eredes) eius. Avr. Fronto p. 11, 1 filius exheredatum se suspicabitur: postulabit, ne patris tabulae aperiantur; idem filia postulabit, -s, abnepos, frater *eqs.* Pompon. dig. 1, 7, 43 adoptiones non solum filiorum, sed et quasi -um fiunt, ut aliquis -s noster esse videatur perinde quasi ex filio vel incerto natus sit. Afric. dig. 28, 6, 33, 1 si filius et ex eo -s postumus ita heredes instituantur, ut Gallo Aquilio placuit. Cod. Iust. 6, 55, 3 (*a. 293*) ut intestato defuncto filius ac -s ex alio … pariter succedant, evidenter lege duodecim tabularum cavetur. Interpr. cod. Theod. 4, 6, 4 habens … masculos -es ex filiis (Epit. Gai 1, 6, 5 feminae, *sc. filiae et neptes,* vel -es m. ex filio). *al.* ⓑ *iuxtaponitur vel disting.* neptis: Gall. Scaev. dig. 28, 2, 29 pr. Gallus sic posse institui postumos -es induxit: 'si quis mihi ex eo, *sc. filio mortuo,* -s sive quae n. post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus nata erit, heredes sunto'. Lex Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) ne … senatoris filia n. ve ex filio proneptisve ex -e filio nato [nata] libertino … nupta … esto. S.C. Larin. 7 ne quis senatoris filium filiam -em n. pronepotem proneptem … in scaenam produceret. Lex Salpens. (cil ii 1963) 1, 2 *cives Romani sunto cum* ⌞-bus ac n. filio nat⟨is⟩ ⟨natabus⟩⌟, qui quaeque *eqs.* (⌞ ⌟ *sim.* Irnit. 3 A 43). Plin. paneg. 39, 1 *ut* avus et avia in n. -isque, *sc. bonis,* et invicem illi servarentur immunes (*antea: ex vicesima* secundum *cognationis gradum* … exemit). Vlp. dig. 38, 4, 3, 6 liberos … accipere debemus non solum filios, verum etiam -es et n. et deinceps descendentes. Inst. Iust. 3, 1, 15 lex duodecim tabularum filio mortuo -es vel n. … ad successionem avi vocat. *al.*

(II) *ceterarum gentium*: Cic. Deiot. 2 *Castor,* qui -s avum *Deiotarum* in capitis discrimen adduxerit *eqs.* (*de eodem*: 21 inimicissimum … -em). Phil. 9, 4 ut -em regis Antiochi … classis habere … prohiberet *Octavius* **(**Ov. Ib. 307 -s dicti … r. [*de Pyrrho II; cf. La Penna, comm. 1957, ad l.*]. R. Gest. div. Aug. 27 Tigrani regis Artavasdis filio, -i … Tigranis r. [*gr.* υἱωνῷ]. 33 ⟨Vononem regis Ph⟩ratis filium, r. Orodis -em [*gr.* υἱωνόν]**)**. rep. 2, 20 ⟨Stesichor⟩us ne⟨pos ei⟩us *Hesiodi,* ut di⟨xeru⟩nt quid⟨am, e⟩x filia (Svlp. Sev. chron. 2, 8, 1 Cyrus, ex f. -s eius *Astyagis. cf.* Tert. bapt. 8, 2 -e suos ex Ioseph … Iacob … benedixit). Sall. Iug. 14, 2 Masinissae … -em *Adherbalem* (35, 1 Massiva, Gulussae filius, M. -s. 65, 1. *al.* Pomp. Trog. hist. Iust. 38, 6, 6 *Iugurtha*). Nep. Timoth. 4, 1 quos avus Conon muros … restituerat, eosdem -s … ex sua re familiari reficere coactus est. Liv. 1, 34, 3. 24, 4, 1 Hieronis regnum … ad Hieronymum -em eius translatum (*de eadem re*: Sil. 14, 86). Vell. 2, 16, 2. Val. Max. 1, 7 ext. 5 *Astyages* frustratus est … se ipse -is, *i. Cyri,* felicitatem … impedire conando. Cvrt. 4, 10, 22 -s parvulus *Sisigambis, matris Darei.* 10, 5, 24 *v. p. 553, 2.* Plin. nat. 36, 11 Melas sculptor, dein filius eius Micciades ac deinde -s Archermus. *al.*

**β** *heroes et dei* (*ab auctoribus ficti l. 37sq. 58; exempla selecta inde a* Verg.): Plavt. Mil. 15 imperator summus, Neptuni -s. 1265 (*loq. Pyrgopolinices*) -s sum Veneris (*cf. 1413* Venerium nepotulum). Cic. nat. deor. 3, 54 unus eorum *Solum a theologis prolatorum* Iove natus -s Aetheris, alter …, tertius Volcano Nili filio (*de eodem*: Arnob. nat. 4, 14 p. 217, 2). Verg. Aen. 2, 702 (*loq. Anchises*) *di patrii,* servate -em **(***de Iulo ut*: 4, 163 Dardanius … -s Veneris [Serv. auct. indecenter dictum …, ut Venus avia sit]. 10, 47 [*loq. Venus*] liceat dimittere ab armis incolumem Ascanium, liceat superesse -em. Ov. met. 13, 680. *al.***)**. Hor. epod. 17, 8 movit -em Telephus Nereium (*de Achille ut*: Stat. Ach. 1, 869 caeli pelagique). carm. 1, 10, 1 facunde -s Atlantis (*de Mercurio ut e. g.* Ov. epist. 16, 62 Atlantis … Pleionesque. Avg. civ. 18, 8 p. 265, 7 -s Atlantis ex Maia filia). 3, 3, 31 invisum -em, Troica quem peperit sacerdos, *sc. Ilia* **(***de Romulo ut item a parte Iunonis*: Ov. fast. 6, 54. 64. *ceterum*: met. 14, 810 [*loq. Mars*] mihi dignoque -i. Avg. civ. 18, 21 p. 283, 31 *Numitor* cum suo … -e regnavit**)**. Ov. met. 3, 174 -s Cadmi (*de Actaeone ut*: Sen. Oed. 751 Cadmei … -is). fast. 1, 294 iuncta … sunt magno templa -is avo, *sc. Iovi* (*de Aesculapio ut*: Mart. 9, 17, 1 Latonae … -s. Tert. nat. 2, 14, 10 ⟨Apoll⟩inis filius, … Iovis -s, Saturni pronepos. *al.*). Sen. Ag. 36 (*loq. umbra Thyestis*) avo parentem, … patri virum, natis -es miscui (*de Aegistho ut*: 985 idem sororis natus et patris -s). Sil. 11, 294 Erichthonium magna de stirpe -em, *sc. Iovis.* Stat. Theb. 1, 298 diro … -i (*de Eteocle ut al. in* Theb.). Apvl. met. 6, 9, 5 vilis ancillae filius -s Veneris audiet. Tert. adv. Val. 12, 2 (*spectat ad aeones ut*: Iren. 2, 18, 7). *al.*

**b** *respiciuntur feminae* (*v. etiam p. 543, 46sqq. 548, 51* [*in var. lect. p. 553, 26*]): **α** *apud auctores*: Enn. ann. 55 (*loq. Venus*) Ilia, dia -s, quas aerumnas tetulisti. Vvlg. lev. 18, 10 turpitudinem filiae filii tui vel -is ex filia non revelabis (-is *codd.,* neptis *manus alt. in cod. uno et ed. pontif.*). Marcell. auct. chron. II p. 105, 536, 7 Matesuentham -em Theodorici. **β** *in titulis*: CIL IX 2507 (*saec. I?*) ⟨Lici⟩niae … ⟨Sil⟩vanae ⟨Lic⟩inia Lanthanusa fil(ia) Pomponia Marcella -s. VI 18080a (*saec. I/II*) Fl(avia) Flaviane T(iti) emptoris -s. Inscr. Carinth. Leber 255 (*saec. II in.*) Seqund(a)e nepo(ti). Ost. Thylander A 81 (*saec. II$^1$*) Cluentiae Successae -i. A 78 (*saec. II med.*) Claudia Tyche fecit Claudiae Victoriae -i et suis. Notiz. Scav. 1931 p. 292 Plautiae … -i … av⟨i⟩a. Alger. I 1976 (*saec. II/III*). Afr. Cagnat 53 (*post a. 161*) Felicitati … Marciae -s (*sc. errore nom. pro dat.*). CIL XII 344 (*saec. II med./III*) Adretici(a)e pi(a)e -i (*ibid. ter* -i *masc.*). VI 34632 -i dulcissim(a)e. 14533 (*a. 201/30*) Cassiae Rufin(a)e … Octavia Charitus -i suae. Inscr. christ. Diehl 4877 (*saec. III*). *al.* *forma* -us: Inscr. christ. urb. Rom. 18416 (*saec. IV$^2$*) aviae … Abundan-

[Rocchi]

tia -us. CE 1848, 8 (*Spoleti, a. 508*) avia ... -us (*antea p. 553, 30*). Inscr. Iud. Noy I 107 (*Venosae, a. 521*) filia Isatis ... -us Symonatis. CIL X 4523 (*saec. V/VI*) Claudia Innocentia -us fecit.

**I** *adi.* (*huc traximus struct. praedic., sc. inter adi. et subst. ambiguas*): **A** *de re vel persona inutili, vili, nullius pretii sim.* (*in bonam partem p. 557, 42 sqq.; erga quem, indicatur per dat. p. 556, 28. 74* [*cf. l. 48*]): **1** *usu communi*: **a** *de rebus*: **α** *corporeis* (*adde l. 68 sq.*): NAEV. com. 117 non hercle apluda est hodie quam tu -ior. PLAVT. Asin. 178 (*loq. lena*) quasi piscis itidemst amator lenae: -m est, nisi recens. CATO agr. 6, 2 sin in loco crasso aut caldo severis *oleam,* hostus -m erit (*pendet* VARRO rust. 1, 24, 2). LVCIL. 1220 -m aurum est, auris quodvis vehementius ambit **(***ambiat cod. F, corr. ex Paul. Fest.; locus etiam ad B1c pertinet, v. explic.* PAVL. FEST. p. 165 ait Sinnius Capito -m esse aurum, quod auris laedat, ... vel ex auro intellegi pecuniam *eqs.; cf.* MART. 4, 14, 9 ludit tropa, *sc. ludus aleatorius,* -iore talo. 5, 35, 8 [*clavis Euclidi e sinu decidit eumque servum esse prodidit*] numquam ... -ior fuit clavis**)**. VARRO Men. 241 neque in bona segete nullum est spicum -m, neque in mala non aliquod bonum. COLVM. 3, 10, 22 *crediderunt flagellum* abscisum a sua stirpe ... ⌞frugi fore, qui in⌟ ipsa matre -m fuisse⟨t⟩ (⌞ ⌟ *codd. rec.,* frugifero quin *fere rell.*). APVL. met. 10, 9, 3 ne forte aliquis ... istorum, quos offers, aureorum -m vel adulter repperiatur. IVVENC. 1, 621 (*spectat ad p. 558, 59*) sin *oculus* ... -m fuerit parvumque videbit, obscurae incumbent super omnia membra tenebrae. AVSON. 25, 15 (349 S.), 2 -m ... merx. *de pane parcius distributo*: VET. LAT. Sirach 31, 29 in -issimo pane murmurabit civitas (*versio inepta ex gr.* πονηρῷ, *sc. dat. masc. pro subst. de homine avaro*). **β** *incorporeis*: PLAVT. Most. 113 venit imber, lavit parietes, perpluont ...: -ior factus iam est usus aedium. Trin. 439 -m illud verbumst 'bene volt', nisi qui bene facit. 1036 morem improbum; ... -m quidem. Ps. PLAVT. Cas. 10 novae quae prodeunt comoediae, multo sunt -iores quam ⌞nummi novi⌟ (*ad α*). CIC. Verr. II 1, 121 ⌞ius⌟ tam -m esse verrinum (⌞ ⌟ *in lusu verborum simul intellegitur* ζωμός). Phil. 2, 63 haec, quae robustioris improbitatis sunt, omittamus, loquamur ... de -issimo genere levitatis. TIRO Gell. 6, 3, 27 hoc enthymema -m et vitiosum est. VET. LAT. Sirach 13, 30 -issima paupertas in ore impii (*gr.* πονηρά).

**b** *de animalibus* (*cf. p. 557, 36. 50. 59; de pisce mortuo v. l. 48*): PLAVT. Asin. 710 (*servus ad erum, in quo tamquam in equo sedet*) asta ut descendam ..., quamquam -m es. Mil. 285 homo sectatu's nihili -m bestiam (*[de simia, ut* Rud. 610]. PORPH. Hor. epist. 1, 16, 50. *cf. p. 558, 11*). APVL. met. 7, 27, 5 (*ad asinum*) quadrupes -issime. PANEG. 12, 14, 3 (*de Maxentio*) stultum et -m animal nusquam extra parietes egredi audebat.

**c** *de hominibus* (*cf. Opelt, Schimpfwörter, 1965, 161 sq. et passim; in litote e. g. p. 557, 8*): **α** *statūs inferioris*: Ⓘ *de servis, ancillis* (*locos, ubi potius de servo malefico agitur, ad B1a traximus, e. g. p. 557, 73*): Ⓐ *exempla varia*: PLAVT. Asin. 305 (*servus ad servum*) quin malus -mque sis. Pseud. 468 (*loq. servus*) cupis me esse -m: tamen ero frugi bonae. Rud. 462 (*loq. servus*) satin -m sum, ut pote qui hodie amare inceperim? ARGVM. Plaut. Cas. 5 *seni* subicitur pro puella servolus -m (APVL. met. 10, 4, 6 -issimo et ad omne facinus emancipato quodam dotali s.). CIC. de orat. 2, 265 nostros homines similes esse Syrorum venalium: ut quisque optime graece sciret, ita esse -issimum (*cf.* fam. 7, 24, 2 Sardos venales, alium alio -iorem). HOR. sat. 2, 7, 100 -m et cessator Davus. SEN. contr. 7, 6, 14 quem *servum,* ⌞quia⌟ frugi fuerat, -m fecisti (⌞ ⌟ *Otto,* qui *codd.; alii alia*). SEN. dial. 2, 13, 4 -m mancipia (5, 19, 2 si tres senatores quasi -m m. inter verbera et flammas divisit homo, qui *eqs.*). CIL IV 4831 qui scripsit Syrus -a (*si recte huc; de usu adv. cogitat Kruschwitz, Studi Romanzi 10, 2014, 255; an subst., ut ad p. 559, 49 pertineat?*). 4833 Ny(m)p(h)e ⌞Crispini anc(il)la ne(q)uis(si)ma⌟ **(**[⌞ ⌟ *sed Kruschwitz, loco cit., legit* Crispiniani necuisma]. APVL. met. 6, 8, 6 [*Venus ad Psychen*] tandem, a. -issima, dominam habere te scire coepisti?**)**. 10013 Sophe -m. GELL. 17, 6, 2 inventum est 'recepticium servum' dici -m et nulli pretii, qui *eqs.* APVL. met. 8, 16, 1 -issimi fugitivi ductores ... nostri **(***item de servo fugitivo*: COD. Iust. 6, 1, 6 pr. [*a. 332*] -issimus verbero ... tormentis subiciatur**)**. TERT. adv. Marc. 1, 23, 8 *deus Marcionis* eripiens deo hominem, ... domino famulum, ut eum efficiat deo impium, ... domino -m. Ⓑ *in iunctura tritissima* servus -m (*exempla selecta*): PLAVT. Cas. 257 s. -m ..., armigero ⌞nihili⌟ atque improbo (⌞ ⌟ nisi *cod. P*). 741 quid mi opust s. tam -m? CIC. de orat. 2, 248 isdem verbis et laudare frugi s. possimus et, si est -m, iocari. SEN. contr. 7, 6, 15 illud quod -m quoque s. interdum frugi facit. contr. exc. 3, 9, 3 mori volens elegit huic ministerio -issimum s., audacem, infestum sibi. PHAEDR. app. 27, 1 cum s. -m Socrati malediceret *eqs.* PETRON. 30, 10 neglegentia -issimi s. CIL IV 6864 Acratus servo -a. *al.* Ⓒ *in iunctura* homo -m: PLAVT. Epid. 96 -m h. es, Epidice. Most. 902 ut esse addecet -m homines. Pseud. 1050. 1103 malus et -m est h., qui nihili eri imperium sui servos facit. CIC. Att. 12, 38, 1 h. -m, qui tuum commodum non exspectarit, cum ob eam unam causam missus esset. 16, 14, 2 o Sesti tabellarium h. -m. COLVM. 1, 8, 11 nulla est ... maior vel -issimi h. custodia quam operis exactio. *al.*

Ⓘ *de variis*: PLAVT. Truc. 157 illi *pueri* sunt improbi, vos, *meretrices,* ⟨ne⟩quam et gloriosae (*cf.* 161 [*resp. meretrix*] tu a nobis sapiens nil habes, nos -m abs te habe[a]mus). CIC. S. Rosc. 130 quem ad modum solent liberti -m et improbi facere (*cf.* Att. 1, 12, 2 libertum ... habeo sane -m hominem). Phil. 2, 7 (*de Antonio*) cum uno gladiatore -issimo (fam. 12, 22, 1 homine g. omnium -issimo. *de gladiatoribus etiam* QVINT. decl. 279, 8 hominum).

**β** *quibuslibet*: Ⓘ *qui vitiis indulgent* (*imprimis amori*): PLAVT. Asin. 922 nullus sum. :: immo es ... omnium ⟨hominum⟩ -issimus (*de sene amatore, ut l. 54*). Bacch. 196 si *amica* abest, nullus est *amans,* si adest, res nullast: ipsus est -m et miser. 573 parasitus ego sum hominis -m atque improbi, militis, qui amicam secum avexit ex Samo **(**1180 vidi ego -m homines [-nem *codd.*], verum te neminem deteriorem. *al.* CIC. Phil. 2, 61 *quis miles fuit,* qui non indoluerit tam sero se, quam -m h. secutus esset, cognoscere? [*de Antonio ut*: 2, 77 cum mulier fleret uberius, *Antonius* ... in collum invasit; o hominem -m]. 2, 67 apothecae totae -issimis h. condonabantur [*enumerantur mimi, aleatores, ebrii*]**)**. Cas. 496 senex -issime (863. Merc. 305 tun capite cano amas, s. -issime?). GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 3 biennium fui in provincia: si ulla meretrix domum meam introivit ..., omnium ⌞nationum postremissimum⌟ -issimumque existimatote (⌞ ⌟ natorum p. *Lipsius,* n. p. me *Müller*). CIC. Catil. 2, 9 nemo in scaena levior et -ior (*cf.* LACT. inst. 6, 21, 2 quis enim non luxuriosum ac -m putet eum, qui scaenicas artes domi habeat? AVG. civ. 2, 4 p. 57, 13 talia per publicum cantitabantur a -issimis scaenicis). Pis. 66 *Pisone* nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, ... nihil -ius. HOR. sat. 2, 7, 40 (*loq. scurra*) tu cum sis quod ego, *sc. iners, popino,* et fortassis -ior. carm. 3, 6, 47 aetas parentum peior avis tulit nos -iores, mox daturos progeniem vitiosiorem. VAL. MAX. 9, 1, 6 eodem tempore et in iisdem penatibus diversa saecula habitarunt, frugalissimum alterum, alterum -issimum. QVINT. decl. 357, 3 (*de adultera*) cum videret *uxor* -issimae mulieris inlecebris maritum teneri. PORPH. Hor. epist. 1, 15, 36 nepotum: -m et luxuriosorum. *al.* Ⓘ *qui officiis suis prave funguntur* (*exempla certiora, cetera v. p. 557, 16 sqq.*): SCIP. min. or. frg. Frontin. strat. 4, 1, 1 mihi paulisper, tibi et rei publicae semper -m eris. VARRO Men. 376 qui potest

[Marchionni]

laus videri vera, cum ˌmortuus saepe furacissimusˌ ac -issimus civis iuxta ac Publius Africanus (ˌ ˌ *sic Ribbeck, alii alia*; motus s. furacessemus *codd.*). CIC. Verr. II 2, 30 iudex -m et levis (Phil. 5, 14). 5, 100 praetoris inertissimi -issimique. Font. 39 *vir quidam tanta virtute,* ut etiam illis optumis temporibus, cum hominem invenire -m neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur (Att. 4, 13, 2 Crassum ... minore dignitate aiunt profectum paludatum quam olim ... L. Paulum, item iterum consulem; o h. -m. 6, 2, 3 h. non -m, sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi. *al.*). *al.* PS. SALL. rep. 1, 1, 5 plerique rerum potentes ... eo se munitiores putant, quo illei, quibus imperitant, -iores fuere. PLIN. nat. 18, 40 -m agricolam esse quisquis emeret, quod praestare ei fundus posset. 19, 57 -m esse in domo matrem familias – etenim *hortorum* ... cura feminae dicebatur –, ubi indiligens esset hortus. GELL. 2, 14, 3 quin potius ipsi *emendatores* -m et nihili sunt, qui ignorant 'stitisses' dictum a Catone. RVFIN. hist. 4, 16, 4 *si Crescens philosophus* ea arguit, quae ignorat, -issimus est et imperitis multo -ior (*gr.* παμπόνηρος ... χείρων). *al.* Ⓘ *cetera exempla*: PLAVT. Bacch. 602 -m esse oportet, cui tu integumentum improbus's. 616 -ior nemost neque indignior, quoi di bene faciant (Pseud. 339 si ego emortuos sim, Athenis te, *Pseudole,* sit n. -ior. *cf.* Bacch. 651 -ius nil est, quam egens consili servos. Stich. 343 ex multis -iorem nullum *conveni,* quam hic est, *sc. parasitus*). Men. 433 tanto -ior[e] *es* (*sim.* TER. Ad. 528 tanto -ior). Most. 145 nunc simul res, fides, fama, virtus, decus[que] deseruerunt: ego sum in usu factus nimio -ior. *al.* CATO ad fil. frg. 1 -issimum et indocile esse genus illorum (*sc. Graecorum; cf.* CIC. Phil. 13, 33 de duobus -issimis Graeculis). LVCIL. 385 improbus, confidens, -m, malus ⟨ut⟩ videatur. POMPON. Atell. 131 me exercet senica -m. LABER. mim. 79 *volo oculos mihi effodere,* ne in re bona esse videam -m filium. CIC. Verr. II 2, 71 *Verres* cum sua cohorte -issima. *al.* HOR. sat. 2, 3, 94 *Staberius* cavit nihil acrius, ut, si forte minus locuples uno quadrante perisset, ipse videretur sibi -ior. COLVM. 1, 3, 5 *demens est,* qui -m vicinum suis nummis parat (*cf. ibid. gr.* γείτων κακός). GELL. 19, 1, 10 -issimi nebulonis. *al.* APVL. met. 6, 11, 2 (*Venus ad Psychen; vocat.*) -issima. *al.* *in iunctura* homo -m: PLAVT. Men. 488 h. levior quam pluma, pessime et -issime, flagitium hominis, subdole ac minimi preti. Most. 105 -m h., indiligens, cum pigra familia, immundus, instrenuos. Trin. 123 quod h. -m *fecit.* LVCIL. 1221 -m et magnus h., laniorum immanis canes (*i. canis*) ut. 1255. CIC. Verr. II 2, 192 h. flagitiosissimum, libidinosissimum, -issimum defendit. Phil. 2, 56 h. omnium -issimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere. fam. 12, 2, 1 h. amens et perditus multoque -ior quam *Caesar. al.* Q. CIC. pet. 28 homo -m, iners, sine officio, sine ingenio, cum infamia, nullis amicis. *al.*

**2** *iocose in bonam partem, sc. vi lasciviae sim.*: **a** *in re amatoria:* *de hominibus*: MART. 3, 69, 5 mea luxuria pagina nulla vacat; haec igitur -m iuvenes facilesque puellae, haec senior ... legat. ANTH. 429, 11 nec pudeat quicquam *puella,* sed me quoque -ior ipso exultet toto non requieta toro. *de rebus*: MART. 2, 4, 4 cur vos, *mater et fili,* nomina -iora tangunt? 2, 41, 16 convivia -iora. 6, 21, 3 -ius illud in aure *dicit Venus.* 11, 15, 4 hic totus volo rideat libellus et sit -ior omnibus libellis. IVV. 6, 197 quod ... non excitet inguen vox blanda et -m? digitos habet. **b** *in qualibet re*: MART. 1, 109, 1 Issa *catella Publi* est passere -ior Catulli (*subest quidem vis amatoria, cf. p. 611, 36*). 10, 35, 11 *Sulpiciae* carmina qui bene aestimarit, nullam dixerit esse -iorem, nullam ... sanctiorem (*9 docet* lusus, delicias facetiasque).

**B** *de re vel persona noxia, malefica sim. et inde mala, turpi*: **1** *contextu vario*: **a** *de hominibus eorumve coetu* (*exempla potiora, cetera v. p. 556, 49sqq.; indicatur, in quem aliquis -m sit, per praepos.* circa *p. 558, 4,* erga *p. 558, 4; accedit adv. l. 64. 68, abl. causae p. 558, 58, respectūs p. 559, 8*): PLAVT. Rud. 843 ego quasi canem hominem insectarer lapidibus -issimum? (*sc. lenonem; cf.* CIC. Phil. 2, 58 raeda cum lenonibus, comites -issimi). CIC. S. Rosc. 142 causa ... splendidior fiet, si -issimo cuique resistetur. PVBLIL. sent. A 33 aleator quanto in arte est ˌpotiorˌ, tanto est -ior (ˌ ˌ *Bücheler,* dotior *cod. C, om. rell.; alii alia*). CIL IV 8322k Somene nequ(am) (*fort. de feneratore n. 5123 memorato*). VELL. 2, 48, 3 *Curio tribunus* homo ingeniosissime -m et facundus malo publico (SEN. benef. 4, 16, 2 puto, -m hominem existimas, cui poena, non cui curatore opus sit. PLIN. epist. 2, 20, 5 *Regulum* h. -m, perfidum ac plus etiam quam periurum. COD. Theod. 9, 19, 4, 1. Iust. 9, 13, 1, 3ᵇ *insidiae* -issimi h., qui meditatur rapinam). 2, 68, 1 *vir Curioni simillimus* nec minus ingeniose -m. PLIN. epist. 1, 5, 14 Regulus, omnium bipedum -issimus ([*de Regulo captatore v. et l. 66*]. APVL. met. 4, 10, 3). CE 1861 (*aet. Hadr.*) Agriophagos -issimos, quorum fere pars maior in pugna perit. APVL. met. 2, 22, 4 quantas latebras -issimae mulieres (*sc. sagae*) pro libidine sua comminiscuntur (10, 12, 4 servi -issimi atque m. -ioris patefactis sceleribus. VET. LAT. Sirach 25, 23 cum m. -a [-m *var. l.; gr.* πονηρά]. CHROMAT. serm. 25, 4. *al.*). 4, 12, 4. 8, 9, 3 *Charites* -issimum percussorem punire ... decernit. 10, 33, 3 fraude et invidia -issimae factionis circumventus *Socrates. al.* AVG. conf. 2, 4, 9 ad hanc *arborem* excutiendam ... -issimi adulescentuli perreximus nocte intempesta. MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 54, 7 *sterquilinia civitatis* semper ... et circa se fuerunt et erga alios -m (*gr. I 1, 1 p. 111, 23* κακοί). *al.*

**b** *de animalibus* (*cf. p. 557, 69*): PLAVT. Cist. 728 *ancilla* imitatur -m bestiam et damnificam. CIC. Verr. II 1, 121 alii ... sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam -m reliquisset (*in lusu verborum c. nomine Verris*). CIL IV 10498a mus -a (10498b). *in sacr. script. et apud Iudaeos vel Christ.*: VET. LAT. Sirach 25, 22 non est caput -ius super caput colubri. Dan. 7, 7 (Barnab. 4, 5) vidi quartam bestiam -m et fortem et saeviorem ceteris bestiis marinis (*gr.* πονηρόν *Barnab.,* φοβερόν *LXX*). ANON. in Eph. 21 (*spectat ad gen. 3, 1*) numquam ... eum 'serpentis' nomine nuncuparet, nisi animalis -issimi 'super terram' venenatae malitiae conformis ... haberetur. AMBR. hex. 5, 7, 18 vipera, -issimum genus bestiae et super omnia, quae serpentini sunt generis, astutior. HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 4 p. 345, 19 vulpes animal -m est, versutum est, indomabile est, ferum est (*postea*: versipelles).

**c** *de rebus*: **α** *incorporeis* (*saepe ad homines pertinentibus*): VAL. MAX. 9, 1 ext. 5 *Ptolemaei* nequitia quid -ius? sororem ... sibi nubere coegit. MART. 10, 77, 1 -ius a Caro nihil umquam ... factum est, quam quod febre perit; fecit et illa nefas. APVL. apol. 32, 4 *nec omnia* ad -iorem suspicionem trahuntur. met. 7, 20, 3 ille deterrimus ac temerarius puer hoc quoque suum -issimum factum in me retorsit. VET. LAT. Luc. 6, 22 (cod. 3, *sim. al.*) beati estis, cum odierint vos homines et ... exprobraverint nomen vestrum tamquam -m (*gr.* πονηρόν, *Vulg.* malum). CIL II 1276, 2 (*loco lacunoso*) iure -iore fortuna. *al.* *de valetudine, morbo sim.*: AVR. Fronto p. 2, 9 tibi ... tolerandam, mihi vero asperrimam -issimamque valetudinem. CHIRON 165 maleus morbus -m et incurabilis (263. 312 hic m. valde -m est). VEG. mulom. 2, 87, 2 -issima passio. PLAC. med. 1, 7 rec. *α* -issimum vitium. CHART. lat. ant. XVII 653, 7, 3 (*saec. VI²*) -issima (a)egritudine. **β** *corporeis* (*quasi sint personae, cf. p. 555, 52sq.*): APVL. met. 3, 14, 2 omnium ... -issimus audacissimusque lorus iste, quem tibi verberandae destinasti. CIL II 488 (*saec. II*) pater filio piissimo fe(cit); Horco, *i. Orco,* -a (*dat.*).

**2** *apud Iudaeos vel Christianos de impio sim.* (*gr. resp.* πονηρός, *nisi aliud indicavimus*): **a** *de rebus*: **α** *de actione, sermone sim.:* *hominis*: TERT. patient. 8, 4 si ... audiam dictum aliquod in me protervum aut -m, reddam. VET. LAT. II reg. 11, 27 (Iren. 4, 27, 1) ˌ-m ... visus estˌ sermo, quem fecit David, in oculis domini ([ˌ ˌ *Vulg.* displicuit]. Eph. 4, 29 [Theod. Mops.] s. -m [*gr.* σαπρός, *Vulg.* malus]. VVLG. psalm. 63, 6). Sirach 9, 1 malitiam doctrinae -m (IREN. 1, 31, 4 -m ipsorum, *sc. haereticorum,* doctrinas [-as, -issimas *var. ll.*]. *cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 2, 4 p. 346, 5 -issimae disciplinae venena). 19, 7 verbum -m et durum ([*gr. aliter*]. 37, 21 v. -a [-m *var. l.*]). 23, 7 qui custodierit *doctrinam domini, non* ... scandalizabitur in operibus -issimis ([novissimis *var. l.; gr. aliter*]. II Ioh. 11 [Iren. 1, 16, 3] o. ipsorum -issimis [*Vulg.* malignis]. GAVDENT. serm. 1, 21 ab o. -issimis tenebrarum. *al.*). IREN. 4, 41, 3 -m astutiam eius *Herodis.* PS. ORIG. in Iob 2, 54 l. 16 quibus *rebus* necquidquam est sceleratius ac -ius, illicitius quoque atque imprudentius, id est dei blasphemia et morte spontanea. CASSIOD. inst. 1, 1, 4 *Manichei* -issimam pravitatem. *al.* *diaboli*: CHROMAT. in Matth. 31, 3, 2 *diabolus* seducens per peccatum *homines quosdam* -issimae suae subiugat servituti (serm. 6, 4 peccati). VITA Caes. Arel. 2, 22 -issimum malum facere ... ... praesumpsit *diabolus.* **β** *de hominis parte, tempore vitae eius sim.*: VET. LAT. Sirach 3, 29 cor -m (*gr.* σκληρά [πονηρά *var. l.*]). 6, 4 anima ... -a disperdet, qui se habet ([-m *var. l.*]. 37, 30 si fuerit -a [-m *var. l.*]. IREN. 1, 7, 5 animas ... natura -m). 14, 8 -a est oculus lividi ([-m *var. l.*]. Matth. 6, 23 [cod. 4. *al.*] o. tuus -a [VVLG. -m]. *al.; cf.* HIL. in Matth. 5, 4 *si officium oculi* voluntate erit -m). 28, 23 beatus, qui tectus est a lingua -a ([-m *var. l.; gr. aliter*]. PRVD. perist. 10, 892 PAVL. MED. vita Ambr. 54. *al.*). Eph. 5, 16 (Tert. fug. 9, 2) redimendum tempus dicit, quia dies -m sint ([Barnab. 2, 1 -issimi, *Vulg.* mali]. 6, 13 [Cypr. testim. 3, 117. *al.*] in d. -issimo [-m *var. l.; Vulg.* malo]. BARNAB. 8, 6 d. erunt -issimi et sordidi. *al.; cf.* aetas: RVFIN. hist. 3, 6, 16 [*gr.* ἀθεωτέραν]. PS. PROSP. carm. de prov. 41).

**b** *de hominibus*: **α** *de eorum coetu*: VET. LAT. num. 14, 27 (cod. 100; *loq. dominus*) usque quo synagogam hanc -issimam feram? ([*Vulg.* multitudo haec pessima]. 14, 35 [*ibid.*] s. huic -issimae, quae resistit adversus me [*Vulg.* multitudini ... pessimae]). Is. 1, 4 (Cypr. domin. orat. 10, *sim. al. et* VVLG.) vae genti peccatrici, populo pleno peccatis, semen -m (14, 20 [Tycon. reg. 7 p. 71, 5. *al.*] s. -m [*Vulg.* pessimorum]. FIRM. err. 28, 10). Matth. 16, 4 (cod. 2) generatio -a inquirit signum ([*Vulg.* mala]. Luc. 11, 29 [cod. 4. *al.*]. IREN. 5, 29, 2 -issimam g., quae fuit temporibus Noe [*gr.* κίβδηλον]). COD. Theod. 16, 5, 25, 1 Eunomianorum ... perfidam

[Marchionni]

mentem et -issimam sectam. *al.* **β** *de variis*: Coll. Mos. 15, 3, 3 pertinaciam pravae mentis -issimorum hominum, *sc. Manichaeorum,* punire (*item de haereticis*: Lvcif. Athan. 1, 36 l. 22 adeo -m es, Constanti, ut ... tu mihi atque hereditas Antichristi ... ante oculos obversetur. Gavdent. serm. 19, 20 -issimi Arriani. Qvodv. symb. 1, 13, 6 o serve -issime! *al.; cf. l. 1. p. 558, 43. 51*). Rvfin. hist. 6, 9, 4 homunculi -m male sibi conscii, metuentes, ne criminum suorum *eqs.* (*gr.* φαῦλοι). Prvd. apoth. praef. 22 fidem minutis dissecant ambagibus, ut quisque lingua (*abl. respectus*) est -ior. Avg. serm. 16B, 4 publicanos *Pharisaei* ... habebant -issimos peccatores. Ivlian. in Os. 1, 1 l. 296 noverat ... alios fieri afflictione meliores, alios impudentia -iores. Comm. instr. 1, 36, 6 Cain iuniorem occisit -m repertus. 2, 11, 2 desertores ... genere non uno dicuntur; est alius -m, alius in parte recedit. Pass. Petr. Paul. long. 18 *Simo Magus* est homo -issimus et opera eius diabolica. *al.*

**c** *de spiritu malo, daemone sim.*: **α** *vario*: Vet. Lat. I reg. 16, 14 (Tert. fug. 2, 7 = Vvlg.) concutiebat eum spiritus -m a domino ([malignus *cod. 91. al.*]. Tert. anim. 25, 8. *al.; opp.* s. sanctus: Tycon. reg. 7 p. 74, 14 Pelag. epist. ad Demetr. 25. *al.*). Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 239, 6 pessimorum et -issimorum daemonum (Pallad. hist. mon. I 18, 31 rec. *β* p. 275$^{B}$. *cf. l. 22 et* Act. Petr. 11 daemonium). Barnab. 9, 4 angelus -m. *al.* **β** *diabolo* (*v. etiam p. 560, 2sqq.*): Cypr. epist. 75, 11, 1 -issimus daemon. Firm. err. 21, 1 -issimum hostem generis humani. Gavdent. serm. 6, 11 -issimi usurpatores divinitatis (*sc. diabolus eiusque exercitus*). Ps. Ambr. laps. virg. 18 serpens ille -issimus. Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 l. 17 merito diabolus hoc nomine πονηρός, id est malignus vel -m, appellatur. Petr. Chrys. serm. 12, 3 est ... diabolus per se -m, fit tamen -ior provocatus. *al.*

**II** *subst.* (*struct. praedic. v. sub I*): **A** *gradus posit.*: **1** *forma* -m: **a** *neutr.* (*spectat fere ad actionem, sed potius ad indolem l. 36. 46sq.*): *sing., fere i. q. nequitia, malum*: Plavt. Poen. 159 vin tu illi -m dare nunc? 162 utrumque faxo habebit, et -m et malum. 178 locum sibi velle liberum praeberier, ubi -m faciat clam ([*sim.* 658]. Vet. Lat. act. 3, 17 [Iren. 3, 12, 3] scio, quoniam secundum ignorantiam fecistis -m [nequitiam *var. l.; gr. in var. l.* πονηρόν, *Vulg. deest*]). Vet. Lat. deut. 22, 22 (cod. 104) eradicabis -m ex Israel (*gr.* τὸ πονηρόν, *Vulg.* malum). Sirach 18, 7 quid homo et quae gratia illius et quid bonum aut quid -m illius (*gr.* τὸ κακόν). Is. 10, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 14, 6) scribentes ... scribunt -m (*gr.* πονηρίαν, *Vulg.* iniustitiam; *cf. p. 613, 5*). Tert. patient. 10, 1 *malitia* remunerans -m duplicat, quod semel factum est. 10, 2 *dominus* omne -m et prohibet et damnat. *al.* *plur.*: Vet. Lat. Ier. 2, 13 (Tert. adv. Iud. 13, 14. *al.*) duo haec -m fecit populus (*gr.* πονηρά, *Vulg.* mala).
**b** *masc. sing.* (*gr. resp.* ὁ πονηρός): *de homine*: Fest. p. 165 *v. supra p. 342, 70.* Ambr. c. Aux. 23 pius dominus flagello exturbat sacrilegos, -m, *i. Auxentius,* persequitur pios ferro (nequaquam *var. l.*). Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 l. 6 sermo divinus alium describit peccatorem et alium -m. *de diabolo*: Barnab. 2, 10 ut ne quando ⟨-m⟩ habeat introitum in nobis (*add. Dress coll. gr.*). 4, 13 -m accipiens potestatem nostram ... excludat *nos* a regno domini.

**2** *ceterae formae*: -a *acc. neutr. plur.* (*fort. huc p. 556, 19*): Vet. Lat. gen. 50, 20 (cod. 100) vos cogitastis adversus me in -a, deus autem cogitavit de me in bona (*gr.* εἰς πονηρά, *Vulg.* malum). Matth. 9, 4 (Fortun. Aquil. in euang. Matth. 41) quid cogitatis -a in cordibus vestris? (cod. 1. *al.* -m, *gr.* πονηρά, *Vulg.* mala). -as *acc. masc. plur.*: Vet. Lat. Luc. 6, 35 (cod. 2, *sim. al.*) *deus* bonus est super ingratos et -as (*gr.* πονηρούς, *Vulg.* malos).

**B** *gradus compar., sc. neutr. plur.*: Min. Fel. 9, 1 ut fecundius -iora proveniunt. Act. Archel. 4, 5 cum singula cotidie atque horum -iora perferret *eqs.* Rvfin. hist. 2, 13, 7 -iora et execrabiliora committunt (*gr.* ἀπορρητότερα). Salv. gub. 4, 19 maiora multo ac -iora *agis.*

**C** *gradus superl.*: **1** *neutr.*: Vet. Lat. psalm. 50, 6 (Ps. Cypr. ad Novat. 16, 3) tibi soli deliqui et -issimum in conspectu tuo feci (*gr.* τὸ πονηρόν, *Vulg.* malum). Sirach 27, 30 facienti -issimum super ipsum devolvetur (*gr. 27, 27* πονηρά). sap. 3, 14 (Aug. spec. 22 p. 114, 19 = Vvlg.) cogitavit adversus dominum -issima (*gr.* πονηρά). Luc. 3, 19 (cod. 6) correptus *Herodes* ... propter omnia, quae fecit, -issima (*gr.* πονηρῶν, *Vulg.* malis).

**2** *masc.*: **a** *de homine maligno*: Vet. Lat. psalm. 21, 17 (Barnab. 5, 13. 6, 6) -issimorum conventus insurrexerit in me (*gr.* πονηρευομένων, *Vulg.* malignantium). Sirach 39, 30 bona bonis creata sunt ab initio, sic -issimis bona et mala (*gr.* τοῖς ἁμαρτωλοῖς). Cypr. epist. 59, 2, 2 (*de haereticis*) ut -issimorum timeatur audacia. Barnab. 4, 2 cum -issimis et peccatoribus (*gr.* μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν). Prvd. perist. 10, 421 (*iudex ad martyrem*) accingere ... quisquis es, -issime, ... deos orare. Cassiod. gramm. VII 210, 4 ita nos virtus divina non patiatur cum -issimis poenali societate coniungi. *al.* *de Iuda proditore Iesu*: Avg. in euang. Ioh. 63, 2 separato inde -issimo, et secum remanentibus sanctis, significata est glorificatio *Christi.* **b** *de diabolo*: Vet. Lat. Eph. 6, 16 (cod. 75, *sim. al. et* Vvlg.) iacula -issimi candentia (*gr.* τοῦ πονηροῦ). Conc.$^{S}$ II 3, 2 p. 153, 10 non quiescit -issimus (*gr. II 1, 2 p. 126, 16* ὁ πονηρός). Vitae patr. Iurens. 53 cum forinsecam -issimus perspiceret frustrari nequitiam ... cellulam nitebatur incendere.

?**III** *adv.*: *v. supra p. 554, 45. 556, 19.*

*appendicula stilistica*: **1** *voces affines, quae aut copulantur aut iuxta ponuntur (et hic illic vim verbi -m definire vid.) aut disting.* (*in serie longiore e. g. p. 557, 25. 34. 38. 40*): audax *p. 556, 34. 558, 33 et* Cic. Phil. 2, 78 Gell. 7, 2, 13, improbus *p. 555, 67. 556, 30. 45. 53. 557, 25 et* Cic. Verr. II 3, 84. *al.* Fronto p. 37, 6, levis *p. 556, 63 et* Cic. Sest. 22 Att. 1, 16, 6 (*cf. p. 555, 10*), luxuriosus *p. 556, 63. 66. 73,* malus *p. 556, 9. 557, 26. al.* (*distingui vid. p. 555, 13. 16*), perfidus *p. 557, 66 et* Lvcif. non parc. 19 l. 29 (-as *var. l.*). Chromat. in Matth. 31, 2, 2, turpis Cic. Verr. II 1, 63. *al. apud eundem.* *minus valet quam* parricida: Qvint. inst. 8, 3, 48 parricidam *non* '-m' dixeris 'hominem'. *in gradatione*: Hor. carm. 3, 6, 47 *p. 556, 68.* Hier. in Ezech. 8, 11 l. 245 quando viderimus plebem pessimam ..., peiores plebe praepositos, -ioremque principem *eqs.*
**2** *opp. e. g.* bonus Varro Men. 241 *p. 555, 56.* Cic. Att. 1, 16, 3 *et saepius inde a* Vet. Lat. (*e. g. p. 559, 36*), frugi *vol. VI 1, 1457, 11sq.*

*adv.* ※**nēquiter.** *de origine*: Cledon. gramm. V 68, 15 *v. p. 554, 64.* Virg. gramm. epist. 4, 5, 1 sunt etiam adverbia, quae ex quo nascantur, ambiguum est, ut frustra, nequiquam, -r (*seq. l. 30*). 4, 5, 5 ceterum -r aut simpliciter ex 'nequam' accipiant aut ex sese nasci intellegant, quia aliter non habent. *compar.* -ius Liv. 41, 7, 9. Apvl. *p. 561, 5sq.* Vigil. Thaps. c. Arian. 3, 4 Greg. M. moral. 1, 54. *al.* (*cf.* tam -r *e. g. l. 50. p. 561, 2. 7,* nimis -r *l. 50*); *superl.* -issime Plin. nat. 12, 121 Hist. Avg. trig. tyr. 30, 1. Cassiod. *p. 561, 12. al.* *de notione et differentia*: Virg. gramm. epist. 4, 5, 3 nobis aliut videtur esse nequiquam, aliut -r: nequiquam enim pro 'sine causa' vel 'frustra' intellegitur, -r vero ad peius proficit. Gloss.$^{L}$ I Ansil. NE 376 -r: inique, inprobe, malitiose. *v. etiam l. 69. p. 555, 21sq.* *legitur in versibus apud* Plavt. (*11$^{ies}$*), Mart. (*semel*), Prvd. (*ter*), *in orat. soluta singulis binisve locis apud* Catonem, Rhet. Her., Cic., Liv., Plin. nat., Apvl. *al.* [*restit. l. 60; in falsa var. l.* Sidon. epist. 1, 6, 4; *falso trad.* Gloss.$^{L}$ I Ansil. NE 381 (*pro* nequitur).]

*i. q. modo nequam* (*vergit in bonam partem p. 561, 16; iuxta ponuntur* crudeliter *l. 62,* serviliter *p. 561, 9,* turpiter *l. 53. p. 561, 4. al., in serie p. 561, 16 et* Avg. serm. coll. Morin p. 592, 30 male, -r, infeliciter; *opp.* fortiter *p. 561, 35* [*per chiasmum*], frugaliter *l. 52,* misericorditer *p. 561, 37,* optime *l. 61*): **I** *accedit ad verbum* (*subst. verbale l. 58. 74*):
**A** *spectat ad modum vel rationem agendi, cogitandi*: **1** *actionis ineptae, indignae*: facere -r (*cf. l. 59. 73. p. 561, 20*): Plavt. Amph. 315 pessumest, ⌊facimus⌋ -r, ferire malam male ducit manus (⌊ ⌋ *Leo,* facinus *cod.*). Cas. 997 (*loq. senex*) si quidem hercle feci, *sc. quae vos dicitis,* feci -r. Men. 83 homini misero si ad malum accedit malum, maior lubido est fugere et facere -r. Mil. 1285 alium alio pacto propter amorem ni sciam fecisse multa -r, verear magis *eqs.* *c. variis verbis*: Plavt. Amph. 521 -r paene expedivit prima parasitatio. Asin. 678 numquam hercle facerem (*sc. te deluderem*), genua ni tam -r fricares. Men. 964 nimis proventum est -r (Rud. 837 proveni -r multis modis). Cic. fin. 2, 25 cur ... non bene *cenabat gulosus ille*? quia, quod bene, id recte, frugaliter, honeste; ille porro [male,] prave, -r, turpiter cenabat. Rhet. Her. 4, 20, 28 turpiter audes facere, -r studes dicere. Prvd. cath. 2, 29 quis mane sumptis -r non erubescit poculis, cum fit libido temperans castumque nugator sapit?

**2** *cetera exempla*: **a** *usu communi*: **α** *agitur dolose, sceleste, contra legem sim.* (*de furto l. 58. 61. 63sqq.*): *vario modo*: Plavt. Men. 650 (*loq. matrona*) palla ... periit domo ...:: edepol factum -r (Most. 411 homini, cui nulla in pectore est audacia ..., facile est facere -r. 413 [nequitia *cod., corr. Dousa*]). Coll. Mos. 10, 1, 2 *accusatus* iurabit nihil se -r egisse (Hist. Avg. trig. tyr. 30, 1 ut Gallieno -issime agente optime etiam mulieres imperarent. Oros. hist. 7, 8, 7 *Vitellius* cum multa crudeliter ac -r ageret *eqs. al.*). Qverol. p. 59, 22 quid aliud ... in causa est, nisi quod praesidium abstulisti et cineres subdidisti, unum fraudulenter, aliud -r? Greg. Tvr. Franc. 2, 22 ablato ... sibi -r libello. *occultando*: Plin. nat. 12, 121 *xylobalsamum* vitiatur et oleo rosae ..., -issime autem cummi. 21, 179 *venenum* qui parcius insectabantur, manicon nominavere, qui -r occultabant, erythron. Fortvn. Aqvil. in euang. Matth. 5 l. 796 (= Epiphan. in euang. 5 p. 5, 33; *spectat ad Matth. 2, 7*) licet -r hoc, siquidem occulte, dixerit Herodes, tamen sic est factum. *dissimulando*: Vet. Lat. Sirach 19, 23 est qui -r humiliat se et interiora eius plena sunt dolo (*gr. 19, 26* πονηρευόμενος συγκεκυφώς). **β** *agitur malitiose*: Cato orat. 1 (*opp.* recte) si qua per voluptatem -r feceritis, voluptas cito abibit, -r factum illud apud vos semper manebit ([*gr. Muson. diss. 51 p. 133, 5sq.* ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν ..., τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει]. Rhet. Her. 2, 3, 5 si non

[Marchionni]

poterit *accusator adversarium* avarum demonstrare, demonstret corruptorem, perfidiosum …; deinde qui illud fecerit tam -r [aequiter *var. l.*], eundem hunc tam perperam fecisse non esse mirandum. Cic. Tusc. 3, 36 *temperantia* te turpiter et -r facere nihil patietur**)**. Apvl. apol. 28, 5 epistulis mulieris perperam lectis et -ius interpretatis. 42, 1 accipe aliud pari quidem stultitia, sed multo tanta vanius et -ius excogitatum. Prvd. perist. 10, 578 (*loq. iudex*) *martyr* perseverans tam resistit -r sacris vetustis. Avg. civ. 2, 20 p. 78, 16 *ut pagani* non sinceriter honorent *reges,* sed ⌞-r ac⌟ serviliter timeant (⌞ ⌟ *om. pars codd.*). Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 119 me male disputare, sed deum -r creare pronuntias, me errare clamas, illum saevire. Cassiod. Clem. Alex. adumbr. 1 p. 205, 1 (*spectat ad I Petr. 2, 23*) iniuste iudicantes, id est eos, qui eum *Christum* -issime condemnabant. Vitae patr. Iurens. 109 Agrippinus ille, insimulatus -r, fugere quidem ad hostes potuit, sed, si reus est, optat convictus … damnari. *al.* *in bonam partem*: Mart. 2, 27, 3 (*laudatur recitatio vel oratio*) effecte! graviter! cito! -r! euge! beate!

**b** *usu Iudaeorum vel Christ., sc. agitur impie, improbe, male*: Vet. Lat. num. 11, 1 (cod. 100) populus … murmuravit -r contra dominum (*gr. γογγύζων πονηρά, Vulg. deest*). psalm. 36, 8 (cod. 304, *sim. al.*) relinque furorem, ne ⟨a⟩emules, ut -r facias **(**[*gr. πονηρεύεσθαι, Vulg.* ut maligneris]. Herm. Pal. sim. 9, 18, 2 Consvlt. Zacch. 1, 27, 5. *al.***)**. 36, 9 (*ibid.*) qui -r agunt, exterminabuntur **(**[*gr. πονηρευόμενοι, Vulg.* malignantur]. Herm. Pal. vis. 2, 2, 3 *uxor* non abstinet lingua, in qua -r agit. *al.***)**. Herm. Pal. sim. 9, 18, 1 is, qui non cognovit deum, si -r vivit, manet ei nequitiae suae poena (Avg. bapt. 5, 27, 38 p. 295, 10 *sunt quidam,* qui adhuc -r vivant aut etiam in haeresibus … iaceant. civ. 21, 22 p. 527, 3 nefarie ac -r. *al.*). Epiphan. in euang. 34 p. 67, 24 *Iudaei* -r cogitabant … adversus Christum … captantes verbum de ore eius, ut possint accusare eum (Vigil. Thaps. c. Arian. 3, 4 haec quantum irreligiosius de deo dicuntur, tanto -ius cogitantur). Ven. Fort. vita Radeg. 28 puella Fraifledis inimico instigante dum torqueretur tam -r, … inter manus sanctae … curari promeruit. *al.*

**B** *usu peculiari describitur actio, quae e nequitia orta est*: Liv. 41, 7, 9 privato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter fortiterque; immo, utrum susceptum sit -ius an inconsultius gestum, dici non posse. Avg. serm. 361, 16 cecidit unus, *i. Adam,* -r, descendit alius, *i. Christus,* misericorditer.

**II** *accedit ad adi.*: Gavdent. serm. 18, 32 (*antea*: callidam prudentiam vilici iniquitatis) *dominus discipulos* informat, ut … tam callido, tam -r prudenti inimico, *i. diabolo,* repugnent. Ps. Hier. epist. 5, 7 p. 70$^{C}$ dum … ab infirmitatibus vacant *homines,* … hominem … per vitia ac silvas errorum -r sanum praecipitem ducat.

*deriv.: cf.* nequitia, nequula. *Marchionni.*

**nēquando** *v.* 4. ne, *imprimis p. 315, 12 sqq. 317, 65 sqq.*

⊠**nēquāquam** *adv.* [*vox composita e particula* 4. nē *et* quā < *k$^{w}$eə̯$_2$-ə̯$_1$ *'quī, quomodo?'* (*q. e. instr. fem. pronominis* *k$^{w}$o-s) *et* quam < *k$^{w}$eə̯$_2$ *suffixa* *-m *'quī'; cum* quā *conferas gr. πη-* (*in πη-νίκα 'quando?'*) < *k$^{w}$ā- < k$^{w}$eə̯$_2$-ə̯$_1$-, *tochar. B* kā *'cur?'. cf. Walde-Hofmann II 150; Dunkel, Lex. der indogerm. Partikeln II 2014, 458 sqq. Mei.*] Not. Tir. 10, 43 -m. *de notione et differentia*: Char. gramm. p. 244, 9 negandi adverbia sunt, velut non, -m, haudquaquam, parum. Isid. orig. 2, 21, 19 aliae *sententiae sunt* derogativae, ut -m. Diff. ed. Uhlfelder 186 inter nequiquam et -m hoc interest, quod nequiquam frustra, -m nullo modo significat. Gloss. -m: *οὐδαμῶς. οὐδαμοῦ. κατ' οὐδένα τρόπον. οὐδεπώποτε.* nullo modo. non. prorsus -m: *οὐδὲ ὅλως* (*cf. p. 606, 59*). Gloss.$^{L}$ I Ansil. NE 370 (cod. Paris.) -m (nequi- *trad.*): et 'non' significat et 'non ita' et 'non adeo'. *sim. al.* *legitur in versibus fere singulis binisve locis apud* Plavt., Enn., Sveivm, Lvcr. (*quinquies*), Hor. *et hic illic in aetate posteriore* (*decies apud* Cypr. Gall.), *in oratione soluta inde a* Gracchо, Macro, Cic. (*qui vocem frequentat, ut* Liv.), *saepius apud iuris consultos et Christ.* (*frequentant e. g.* Hier., Greg. M.). **[***confunditur in codd. c.* nequiquam *p. 563, 56* (*ceterum v. p. 606, 68 et cf. p. 563, 71; restit. l. 56 et* Colvm. 3, 2, 25), nequam Liv. 28, 32, 3 Vvlg. Ios. 22, 33 (*in var. l. falsa p. 559, 44; restit.* Rvric. epist. 1, 12); *in var. l. falsa pro* neutiquam Cic. off. 2, 36; *falso trad. pro* ne quamquam Tac. Agr. 16, 2 hist. 4, 68, 1; *restit.* Liv. 30, 42, 7 Macedones cum perplexe responderent, ne⟨quaquam⟩ ipsi mite responsum tulerunt.**]**

*fere i. q. nullo modo, nulla omnino parte, haudquaquam*: **I** *usu communi*: **A** *pertinet ad totum enunt.* **(***sed per emphasin saepe pars enuntiati effertur [cf. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. I 674], praecipue sub 2, ita ut quaedam exempla ad B spectare possint; saepe in sententia adversativa, accedit e. g.* sed *p. 562, 5. 563, 15. 18. al.,* tamen *p. 562, 1. 11. 43. 68. al.,* vero *p. 562, 41. 56. al.***)**: **1** *usu vario*: **a** *exempla varia* (*selecta inde a* Cic.): Plavt. Cas. 534 me vir tanto opere orabat meus, ut properarem arcessere hanc ⟨huc⟩ ad me vicinam meam …; nunc adeo -m arcessam, ⟨ne illis⟩ … liberi loci potestas sit. Trin. 418 -m argenti ratio conparet tamen. Enn. scaen. 266 -m istuc istac ibit: magna inest certatio. Sveivs carm. frg. 3 ubi tu -m cubares aspriter. Cic. Verr. II 4, 65 iste ait se velle illud *candelabrum* etiam atque etiam considerare: -m se esse satiatum. Cato 8 est istud quidem, Laeli, aliquid, ⌞sed -m in isto sunt omnia⌟ (*inde* Char. gramm. p. 270, 9 [*e Romano*], *ubi* ⌞ ⌟ sed -m tibi concedendum fuit). Lvcr. 1, 509 quacumque vacat spatium, quod inane vocamus, corpus ea non est; qua porro cumque tenet se corpus, ea vacuum -m constat inane. 3, 370 illud in his rebus -m sumere possis *eqs.* Bell. Hisp. 4, 2 hoc a Cordubensibus -m poterat animadverti. Liv. 2, 39, 2 quam spem *imperator* -m fefellit. 5, 39, 8 -m tamen ea nocte neque insequenti die similis illi, quae ad Alliam tam pavide fugerat, civitas fuit. 21, 38, 2 quantae copiae … Hannibali fuerint, -m inter auctores constat. Rvt. Lvp. 2, 15 -m mihi dives est, … qui neque finem habet cupiendi neque *eqs.* Sen. contr. 9, 3, 11 dicebat se -m vim adhibuisse. Qvint. inst. 8, 6, 66 poetae quidem etiam verborum divisione faciunt transgressionem …, quod oratio -m recipiet. Ps. Qvint. decl. 2, 16 quicquid occurrit, -m potest evitare caecitas nisi offensa. Tac. ann. 1, 12, 2 respondit -m decorum pudori suo legere aliquid. Plin. epist. 1, 14, 8 quae ego -m arbitror neglegenda (*fort. ad l. 24*). 8, 2, 6 -m verum arbitrabar. 9, 17, 2 -m me ut inexspectatum festivumve delectat, si quid … stultum a morione profertur. Gell. 1, 11, 11 sed -m sic est, ut a vulgo dicitur, canere tibia solitum, qui *eqs.* 14, 1, 29 quod -m … prorsus fieri potest. Apvl. apol. 4, 5 munera deum gloriosissima -m aspernanda *sunt* **(***item c. gerund.*: Papin. dig. 27, 1, 24 -m credendum est ei privilegium excusationis ablatum, cui *eqs.* Vlp. dig. 1, 6, 8 pr. -m dubitandum est remanere eos in potestate. 1, 12, 1, 8 hoc … -m servo permittendum est nisi ex causis receptis. *al.; fort. huc l. 19***)**. flor. 3, 12 haec omnia … blandimenta -m virtuti decora, sed luxuriae accommodata *sunt* (*item opp. verba c.* sed *introducta*: Hier. in Is. 3, 8, 5 faciam eum -m his regibus …, sed regi servire Assyrio. *al.*). Vvlg. gen. 8, 21 (*loq. deus*) -m ultra maledicam terrae **(***pertinet ad promissum ut*: 9, 11 -m ultra interficietur omnis caro aquis diluvii neque erit deinceps diluvium. exod. 9, 28 ut … -m hic ultra maneatis. 14, 13 [*Moses ad populum*] Aegyptios … quos nunc videtis, -m ultra videbitis. I reg. 26, 21 [*Saul ad David*] -m … ultra male tibi faciam**)**. *al.* *elliptice*: Gell. 12, 1, 24 amoenitates … et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quadam indipisci potuerit, mea tenuitas -m. Vlp. dig. 32, 73, 2 eos …, quos quis pignori hypothecaeve dedit, sine dubio inter suos legasse videbitur debitor, creditor -m. Novell. Iust. 2 praef. 1 matres quidem nondum ad virum secundum venientes cum filiis vocari, quae vero secundis copulantur nuptiis, -m. 21 pr. non … virorum quidem esse successiones …, mulierum vero -m.

**b** *in apodosi sententiae condic.*: Cic. Verr. II 5, 37 etiamsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen -m capio tantum voluptatis quantum et sollicitudinis et laboris. Gell. 14, 2, 12 si de omni quoque officio iudicis praeire tibi me vis, -m est vel loci huius vel temporis. Apvl. met. 10, 26, 2 quae res utique te … -m offendet, si religiosa uxor circa salutem mariti sollicita necessariam adfero pietatem. Papin. dig. 17, 2, 81 quod si *filia* accepto a marito liberata esset, -m imputari posse societati non solutam pecuniam. Vlp. dig. 1, 21, 2, 1 si *praeses* mandaverit iurisdictionem, -m poterit mandata iurisdictione eam quaestionem transferre. Pavl. dig. 41, 2, 1, 10 si furiosum servum miseris, ut possideas, -m videris adprehendisse possessionem. Vet. Lat. Hebr. 8, 4 (Mutian. Chrysost. hom. 14, 1 p. 329$^{med.}$) si … esset super terram, -m esset pontifex (*gr. οὐδέ, Vulg.* nec). *al.* *elliptice*: Vlp. dig. 5, 3, 13, 12 si quis absentis nomine possideat hereditatem …, puto absentis nomine petendam hereditatem, ipsius vero -m. 5, 3, 16, 3 ab eo, qui negotia hereditaria gessit, … videtur peti hereditatem posse, sed si heredis negotium gessit, -m. Novell. Iust. 45, 1 si … haereticus sit et orthodoxus, contra haereticos quidem etiam valde posse testimonium dari pro orthodoxo, adversus orthodoxum autem -m.

**2** *negatur ulla aequalitas, similitudo sim.* (*quaedam vergunt ad B*): Cic. inv. 1, 75 quod si … nihil, quo pacto tractaretur id, quod esset excogitatum, referret, -m tantum inter summos oratores et mediocres interesse existimaretur **(**Cael. 75 qua ex vita, vel dicam quo ex sermone – -m enim t. erat, quantum homines loquebantur *eqs.* Tusc. 3, 58 illud malum, quod opinatum sit esse maxumum, -m esse t., ut vitam beatam possit evertere. Pollio Cic. fam. 10, 31, 1 Caes. civ. 3, 109, 2 Liv. 26, 6, 9. *al.***)**. S. Rosc. 3 -m tamen similiter *atque hominum illustriorum* oratio mea exire atque in volgus emanare poterit. Verr. II 1, 26 qua lege multi semel accusati … condemnati sunt -m tam manifestis neque tantis criminibus, quantis tu convinceris **(**4, 96 hanc virtutem Agrigentinorum imitati sunt Assorini postea, viri fortes et fideles, sed -m ex tam ampla neque tam ex nobili civitate. Q. Cic. pet. 12 non erit difficile certamen cum iis competitoribus, qui -m sunt tam genere insignes quam vitiis nobiles. Liv. 10, 35, 1 alteri consuli … -m tam facile bellum fuit. *al.***)**. Caecin. 40 quae *actio* -m

satis ... causam et rationem iuris amplecteretur? (ad Q. fr. 1, 1, 10. *al.* BELL. Alex. 44, 3. HOR. sat. 2, 4, 48 -m s. in re una consumere curam ⟨est⟩. LIV. 26, 50, 9 sibi -m s. facultatis pro suo animo ... esset. *al.*). Lig. 27 ut ... cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent ... –quae -m fuerunt– *eqs.* (BELL. Hisp. 15, 1 cum eques ad dimicandum dimisso equo cum pedite congreditur, -m par habetur. LIV. 3, 5, 13. *al.*). Tusc. 3, 58 hi ... omnes diu cogitantes de rebus humanis intellegebant eas -m pro opinione volgi esse extimescendas (LIV. 9, 43, 5 Hernicum bellum -m pro praesenti terrore ac vetusta gentis gloria fuit. APVL. flor. 15, 3 *Samos* oppidum habet, -m pro gloria, sed quod fuisse amplum semiruta moenium multifariam indicant). *al.* POLLIO Cic. fam. 10, 31, 2 quem, tametsi nemo est qui videre velit, tamen -m proinde ac dignus est, oderunt homines. HOR. epist. 2, 1, 20 (*ad Augustum*) tuus hic populus ... te nostris ducibus, te Grais anteferendo cetera -m simili ratione modoque aestimat (IVST. 8, 2, 8 angustias Thermopylarum pari ratione sicuti antea ... occupavere, sed -m s. aut virtute aut causa. AVIEN. Arat. 1448 revectae -m semper similis lux inbuit ortum, sed species diversa trahit. orb. terr. 828 similis -m forma duabus. *cf.* PLIN. nat. 2, 39 s. ratione, sed -m magnitudine aut vi proximum illi Mercurii sidus). LIV. 24, 27, 7 iam ibi -m eadem quies ac tranquillitas erat (24, 33, 8 -m idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. *al.*). 40, 30, 2 sed *dux* -m numero militum hostem aequabat. *al.* PLIN. nat. 34, 100 fit sine dubio haec *cadmea* et in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderosa, sed -m comparanda aerariae. TAC. hist. 2, 10, 3 mox damnatus est Faustus, -m eo adsensu civitatis, quem pessimis moribus meruerat. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 25 quae longa consuetudo confirmasset, tamen olli peraeque -m sectae suae congruere arbitrati sunt. *al.*

**3** *in responso* (*cf. p. 562, 18*): **a** -m *responsum negat*: FLOR. Verg. 3, 2 unde subvenit reditus? an pater ab Africa subministrat? :: ⌊inde⌋ -m, cum hac ipsa peregrinatione offenderim (⌊ ⌋ *coni. Mommsen,* unde *cod.*). **b** -m *per se ponitur* (*augetur per* utique TERT.): TERT. anim. 26, 5 et mortuum adhuc corpus? utique -m: deus enim vivorum, non mortuorum. VET. LAT. Luc. 1, 60 (cod. 15, *sim.* VVLG.) *puerum* vocaverunt nomine patris sui Zaccharia; et respondens mater eius dixit: '-m, sed vocabitur Iohannes' ([*gr.* οὐχί, *cod. 4. al.* non]. Ioh. 9, 9 [*ibid., sim.* VVLG.] 'nonne hic est, qui sedebat et mendicabat?' alii dicebant, quia hic est, alii autem: '-m, s. similis est eius' [*gr.* οὐχί, *cod. 4* non est]. VVLG. Ios. 5, 14 'noster es an adversariorum?' qui respondit: '-m, s. sum princeps exercitus domini'. *al.*). VVLG. I reg. 1, 15 'digere paulisper vinum quo mades'; respondens Anna: '-m' inquit, 'domine mi, nam mulier infelix nimis ego sum'. PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1546 angelus, archangelus ... et si quid inter creaturas esse sublimius potest? -m. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 p. 239$^{in.}$ num ... in officina illa haec *sapientia* poterat edoceri? -m (*gr. aliter*). *al.*

**B** *pertinet solummodo ad partem enuntiati* (*cf. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. I 672sq. 684sqq.; exempla potiora, cf. A2*): CIC. Cluent. 180 etiam in taberna eius nummi, -m omnes, reperiuntur. Lael. 69 fratrem, egregium virum omnino, sibi -m parem (orat. 3, 14. *al.* CAES. Gall. 7, 77, 12 quod nostri maiores -m pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt. LIV. 1, 25, 7 ut universis solus -m par, sic adversus singulos ferox. 1, 25, 13 -m p. animis. *al.; cf. l. 4sqq.*). LVCR. 5, 381 mundi ... membra pio -m concita bello. CAES. Gall. 4, 23, 4 hunc ad egrediendum -m idoneum locum arbitratus ... expectavit. LIV. 2, 63, 6 aliud oppidum -m tam opulentum cepit (3, 26, 12 *plebs* -m tam laeta Quinctium vidit *quam patres.* 25, 29, 2 Hieronymus, -m tam in vos impius quam in nos. *cf. p. 562, 70sqq.*). 40, 54, 6 ei ... ea fides -m amicum Persea inimicissimum fecerat. *al.* CVRT. 3, 1, 18 *Alexander* -m (nequi- *var. l.*) diu luctatus cum latentibus nodis *dixit eqs.* TAC. hist. 2, 46, 1 opperiebatur Otho nuntium pugnae -m trepidus et consilii certus. 4, 12, 1 crebrescentem cladis Germanicae famam -m maesta civitas excipiebat. PLIN. epist. 6, 20, 20 haec -m historiā digna non scripturus leges. SVET. Vesp. 1, 1 gens Flavia, obscura illa quidem ..., sed tamen rei publicae -m paenitenda. APVL. apol. 34, 2 in rebus -m difficilibus. met. 6, 9, 1 *ancilla Veneris* trahebat eam -m renitentem *Psychen.* 7, 26, 4 rusticus -m promissum suum frustratus destinatam sectionem meam flagitat. VVLG. Is. 16, 14 *Moab* relinquetur parvus et modicus -m, multus. RVFIN. hist. mon. 1, 4, 6 -m laborum praeteritorum, -m professionis ac propositi sui memor *monachus.* *al.*

**II** *usu prohibitivo:* *cum praes. coni.*: GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 262, 19 -m iniuriose nobis contumeliam imponi sinatis. MACER hist. 21 -m sui lavandi reluant arma lue (*loco vix sano coni. alii alia, v. Oakley, Fragm. of the Roman Historians III, 2013, 422sq., qui proponit* nequi-). VVLG. deut. 3, 26 -m ultra loquaris de hac re ad me. *cum fut. indic.*: VVLG. gen. 18, 25 (*Abraham ad deum*) -m facies iudicium. exod. 5, 7 -m ultra dabitis paleas populo. lev. 17, 7 -m ultra immolabunt hostias suas daemonibus. deut. 15, 13 quem libertate donaveris, -m vacuum abire patieris. 21, 23 -m contaminabis terram tuam.

*appendicula stilistica*: **1** *negationis vis augetur per adv.* omnino HIER. epist. 124, 3, 3 (*verba Origenis*). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 133, 13 in Rom. 4, 12 l. 63 AVG. persev. 11, 25 SALV. eccl. 1, 11, prorsus *p. 562, 22 et* RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 5 AVG. c. acad. 3, 44. *al.,* ultra *p. 562, 30sqq. 563, 73sq. al.,* utique *p. 562, 46. 563, 31 et* AMBR. exc. Sat. 1, 56 REG. eccl. Carth. l. 749 EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 1 p. 9, 7. *al.* **2** *negatio excipitur per* neque *p. 562, 11. 32. 70. al.* **3** *negatio abundat*: PATRIC. epist. 21 ut *epistula* -m subtrahatur vel abscondatur a nemine.

**nēquās** *v.* nequam *p. 555, 7.* *Sx.*

③ *part. praes.*: Lvcan. 7, 504 -c fortuna diu rerum tot pondera vertens abstulit ingentes ... ruinas. Sil. 4, 272 -c detrectantem par ira accen-

[N.H.]

derat hostem. APVL. met. 5, 24, 2 -c deus amator humi iacentem deserens *eqs.* 6, 3, 3.

Ⓑ *ad rationem, quae inter actionem novam, rem novam sim. et priora intercedit; negatur*: ① *adv., locut. adverbialis*: CIC. Caecin. 17 -e ita multo post ... nupsit (Phil. 1, 8 NEP. Phoc. 2, 5 reg. 3, 4 LIV. 5, 13, 12. *al.; sim.* -e m. p.: CAES. civ. 3, 65, 3 [2]. 3, 101, 7 BELL. Alex. 48, 2 NEP. Att. 8, 5. *al.; cf. l. 56sqq. p. 577, 9sqq.*). nat. deor. 1, 32 -c multo secus *eqs.* VERG. Aen. 1, 469 -c procul hinc (8, 635 OV. met. 11, 32. 15, 55 Pont. 2, 10, 27. LIV. 4, 22, 2 -c p. Nomento. 6, 2, 8 -c p. a Lanuvio. *al.*). 10, 317 -c longe *eqs.* ② *abl. absol.*: BELL. Hisp. 23, 2 complures ... adversariorum decucurrerunt -c ⌞detinentibus nostros⌟ (desi- nostris *Voss*) multis telis iniectis complures vulneribus adfecere. VERG. georg. 3, 565 -c longo deinde moranti tempore *eqs.* OV. am. 1, 6, 72 *ianitor* lente -c admisso turpis amante. LIV. 22, 22, 4 Hiberum transgrediuntur -c ullo viso hoste Saguntum pergunt ire. 35, 1, 7 -c ulla quiete data *eqs. al.* LVCAN. 4, 584 -c forti velis aquilone recepto *eqs.* PLIN. nat. 8, 46 -c capiente aviditatem alvo *eqs. al.*

**b** *additamentum, quod strictius definit enunt., cui additur, eiusve partem* (*saepe resumitur id, quod definitur, per pron. demonstr., imprimis* is, id *e. g. l. 23. 59sqq., rarius* hic *p. 574, 7. 40, pron. pers.* ego *l. 69; saepe in parenthesi, e. g. l. 25sqq. 55sqq. 59. p. 574, 19sq.; cf. p. 578, 7sqq. 57sqq.*):

**α** *subst.* (*exempla selecta inde a* LIV.): *varia exempla* (*saepe abl. fere pro adv.*): PLAVT. Men. 371 te unum ... Venus me voluit magnificare, -e id haud immerito tuo (*cf. l. 51sqq.*). Mil. 58 amant ted omnes mulieres, -e iniuria (*al., v. vol. VII 1, 1679, 67sqq.; in parenthesi*: CIC. de orat. 2, 76 -e mehercule i. fam. 2, 8, 1 vide, quantum tibi ... tribuam – -c mehercule i. *al.* CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 1 CVRT. 3, 8, 20). CIC. de orat. 1, 231 damnatus est, -e solum primis sententiis ..., sed etiam illis *eqs.* fam. 4, 4, 2 nos ne id quidem tuto possumus; -c id victoris vitio. VARRO ling. 9, 88 imposuerunt vocabula *quaedam*, ⌞-e⌟ ratione, sed *eqs.* (⌞ ⌟ non quidem *Mette, fort.* -e id). rust. 1, 1, 4 invocabo eos *deos*, -c, ut Homerus ..., Musas sed duodecim deos consentis (*postea p. 578, 16*). 3, 9, 15 *gallinae* prodigendae in sole ..., ut volutare possint ...; -e pullos, sed omne ornithoboscion. LIV. 21, 48, 9 spes facta proditionis, -c sane magno pretio. LVCAN. 8, 653 moriar, -c munere regis. PLIN. nat. 10, 116 cardueles imperata faciunt, -c voce tantum, sed pedibus. STAT. silv. 1, 1, 57 insessa ... pondere toto subter anhelat humus, -c ferro aut aere; laborat sub genio. *al.* *iuncturae* -c (...) solum, -c (...) tantum (*fere seq.* sed): CIC. S. Rosc. 62 singularis audacia ostendatur necesse est, -e audacia s., sed summus furor. Sull. 19 ei resistebam, -e s. illi hosti ..., sed his etiam propinquis illius. Brut. 68 utinam imitarentur *Atticum genus*, -c ossa s., sed etiam sanguinem! rep. 4, 8 admiror, -c rerum s. sed verborum etiam elegantiam (diligentiam *Powell*). *al.* BELL. Alex. 58, 4 conventus obviam prodit, -e t. virorum, sed *eqs.* VARRO rust. 2, 7, 1 equos emittere incipiam, -c s. mares. SALL. Catil. 39, 6 Lentulus ..., quoscumque ... idoneos credebat ..., sollicitabat, -e s. civis, sed quoiusque modi genus hominum. LIV. 33, 9, 2 forte utraque acies simul conclamavere, -c s. qui pugnabant, sed subsidia etiam. SEN. epist. 4, 2 auctoritatem habemus senum, vitia puerorum, -c puerorum t. sed infantum. *al.* **β** *adv., locut. adverbialis c. praepos.* (*saepe* -c sine, *e. g. l. 54. 62. p. 574, 2. 5sqq.; cf. l. 22*): TER. Ad. 615 suspicio ... incidit -e ea immerito (VAL. MAX. 3, 4 ext. 1 -e i. 4, 7, 1. SEN. exc. contr. 10, 6, 4 odit hoc vitium, -c i. SEN. epist. 11, 9 custodem nobis ... dedit, -c i. 63, 13. *al.* QVINT. inst. 2, 8, 1 [*in parenthesi*]. *al.; cf. l. 24*). TER. Andr. 179 (*antea p. 567, 64*) at nunc faciet, -e ... sine tuo magno malo. CIC. inv. 1, 8 -e eo, quo eius ars ... mendosissime scripta videatur. Quinct. 15 quo mortuo – -c ita multo post – in Galliam proficiscitur Quinctius ([*item in parenthesi*: S. Rosc. 78 veniam – -e ita m. p. – ad hunc locum. NEP. Pel. 2, 4]. off. 2, 19. *cf. l. 5sqq.; sim.* NEP. Cim. 3, 4 post, -e ita m. *eqs.*). Cluent. 12 primo – -e id ipsum diu –, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur (Att. 2, 24, 2 Vettius primo negabat se umquam cum Curione constitisse, -e id sane diu). dom. 37 -e id obscure. Pis. 75 complecti vis amplissimos viros ad tuum ... scelus, -e id occulte. rep. 1, 64 -c sine causa (fin. 5, 58 SEN. nat. 1, 2, 7 epist. 70, 10. *al.* QVINT. inst. 3, 8, 8 [*in parenthesi*]). fin. 4, 62 qui ... *aliquid* dicant, -c quia *eqs.* (COLVM. 3, 11, 6 hoc ... considerandum ..., si facilis est humus ..., -c q. sola ea, sed quia sit habilis maxime vinetis. 4, 29, 2. PLIN. nat. 8, 13 *non* adulteria novere *elephanti* ..., -c q. desit illis amoris vis). 5, 46 cum omnes natura totos se expetendos putent, -c id ob aliam rem sed propter ipsos *eqs.* Att. 2, 25, 2 valde te exspecto ..., -e ego magis quam ipsa res et tempus poscit. 9, 2[a], 3 eundum ... est, -c tam ut belli quam ut fugae socii sumus. fam. 9, 16, 2 -c frustra, ut arbitror (HIRT. Gall. 8, 5, 3 -c f., nam *eqs.* PROP. 3, 12, 37. *al.*). 12, 22, 1 de te contionatur, -c impune. ad Brut. 6, 1 is mihi visus est suspicari – -c sine magno quidem dolore – aliquid ... ad te esse delatum. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 15, 2 -e de magna causa. CATVLL. 21, 5 pedicare cupis meos amores; -c clam: nam *eqs.* NEP. Dion 1, 3 erat intimus Dionysio priori, -e minus propter mores quam affinitatem. Epam. 4, 4 istud ... faciam, -e tua causa, sed mea. PROP. 4, 9, 13 *Cacus* traxit in antra *Herculis* boves; -c sine teste deo. LIV. 3, 6, 2 annus pestilens erat urbi agrisque -c hominibus magis quam pecori. 4, 43, 7 res publica ... ad interregnum, -e id ipsum ... sine certamine ingenti, redit. *al.* PAVL. FEST. p. 85 *ferctum* ad sacra ferebatur, -c sine strue. SEN. contr. 2, 4, 4 nuntiatum est in ultimis esse filium, -c hoc a fratre. VAL. MAX. 6, 2, 4 -c sine magna laude. 7, 4 ext. 1 -c sine effectu. CELS. 2, 2, 1 aliter se corpus habere atque consuevit, -e in peius tantum sed etiam in melius. COLVM. 2, 16, 2 quod *pratum* ... per omnes annos praeberet reditum, -e eum simplicem. 4, 26, 1 *vineae* stabiliendae melior est ridica palo, -e ea quaelibet. PETRON. 38, 12 non puto illum capillos liberos habere, -c mehercules sua culpa. PLIN. nat. praef. 28 meis adici posse multa confiteor, -c his solis, sed et omnibus, quos edidi. 2, 66 ut *Mercuri stella* ... non amplius octonas pererret, -e has aequaliter, sed *eqs.* 7, 77 aliquīs *vires* laeva manu praecipuas *esse*, -c id umquam in feminis. 7, 128 excessere hoc *pretium* ... – -c modice – histriones. 8, 99 *anguis* exuit *membranam* ... a capite primum, -c celerius quam uno die et nocte. SIL. 4, 175 Crixus Picentem Laurumque, -c eminus ambo sed gladio Laurum. QVINT. inst. 2, 21, 4 ego – -e id sine auctoribus – ... iudico *eqs.* 4, 2, 27 erunt quaedam causae – -e id raro – crimine quidem ... faciles ad diluendum *eqs.* *al.* *formula* -c sine homine (*sunt qui ad caput primum trahant*): CIL IV 995 Passaratus -c sine Maeniano rog(at) (*inscr. picta candidato faventium, ut* 1083. 6610. 7374. 7627. *al.*). 3710 (*inscr. picta*) sullimah (*i. Hamillus*) sodalibus -c si⟨ne⟩ dulcissimam Philoth⟨...⟩. 4858 (*graphio inscriptum*) Amethystus -c sine sua Valentina. **γ** *adi., part., pron.*: CIC. Catil. 1, 21 de te ..., cum tacent, clamant, -e hi solum, quorum *eqs.* (*item sequitur* solum: off. 2, 42 quae perpetuos sumptus suppeditet, -c s. necessarios, sed etiam liberales. Att. 9, 7, 2 salutaris te mihi litteras misisse, -e s. has longiores *eqs.* fam. 2, 11, 1. *al.; cf. adi.* solus, *e. g.* CIC. leg. 2, 40 sacrilego poena est, -e ei soli, qui sacrum abstulerit, sed *eqs.* off. 1, 12 parare ea, quae suppeditent ... ad victum, -c sibi soli, sed coniugi). Phil. 2, 44 certa flagiti merces, -c ea parva. de orat. 1, 261 versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat, -e is consistens in loco, sed inambulans. Tusc. 1, 5 oratorem celeriter *Romani* complexi sumus, -c eum primo eruditum. fam. 1, 8, 3 ea sublata tota sunt, -c mihi magis quam omnibus. 1, 9, 23 sunt orationes quaedam, quae Menocrito dabo, -e ita multae, ne pertimescas. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 3, 5 altera *res*, quo magis est necessaria -e meo exercitui magis quam reliquorum, hoc magis *eqs.* VERG. catal. 4, 6 cui iuveni ... divi ... cuncta – -e indigno – ... dedere bona. OV. Pont. 3, 1, 19 rara, -e haec felix, in apertis eminet arvis arbor. LIV. 2, 3, 2 erant ... adulescentes aliquot, -c ii tenui loco orti. 21, 29, 3 victores ad centum quadraginta, -c omnes Romani, sed pars Gallorum ... ceciderunt. 28, 21, 6 quidam ... ferro decreverunt, -e obscuri generis hominum sed clari inlustresque. VITR. 1, 5, 4 ut itinera sint ... contignata, -e ea ferro fixa. CALP. ecl. 1, 54 candida pax aderit, -c solum candida voltu. PLIN. nat. 7, 145 ad libidinem inimici, -c Africani saltem, perire (7, 147). VAL. FL. 5, 541 vellera victor tam meritis – -c sola – dabo. QVINT. inst. 2, 4, 27 ut quidam, -e ignobiles ... scriptos eos *locos* ... in promptu habuerint. PLIN. epist. 1, 15, 1 ad assem impendium reddes, -c id modicum. paneg. 54, 4 menses etiam – -c hos singulos – nomini Caesarum dicabamus. *al.*

**δ** *abl. absol.*: CIC. Att. 4, 16, 5 *C. Catonem* absolutum iri, -e patronis suis tam libentibus quam accusatoribus. 14, 12, 1 multa illis Caesar, -e me invito. STAT. silv. 1, 2, 193 (*loq. Venus*) ⟨ni⟩si Dardana furto cepisset Martem, -c me prohibente, sacerdos. AMM. 30, 7, 1 actus eius discurrere per epilogos breves -c vitiorum praetermisso discrimine vel bonorum. 31, 7, 8 -c principibus ... renuentibus.

**2** -c *coniungit parti enuntiati partem enuntiati*: **a** *negatio ad id, quod coniungitur, pertinet* (*huc attulimus etiam enunt. secund., e. g. interrog. obliquam l. 68sq. p. 575, 2. al., enunt. relat. p. 575, 39. 576, 53. al.*): **α** *negatio continuatur*: Ⓘ *antecedit vox negandi*: Ⓐ *adv.*: non (*fort. etiam p. 576, 27*): PLAVT. Amph. 76 *Iuppiter* virtute dixit vos victores vivere, non ambitione -e perfidia. TER. Hec. 228 non mea opera -e pol culpa evenit. Haut. 100 non humanitus -e ut animum decuit. 894 non, *sc. id fecit Dromo.* :: quid? non? :: non inquam. :: -e ipse gnatus? :: nihil prorsum, Chreme. Ad. 27 non rediit ... Aeschinus -e servolorum quisquam, qui advorsum ierant. 481 Geta ..., ut captust servolorum, non malus -e iners. *al.* LVCIL. 267 oculi non sunt -e nasum. COM. pall. inc. 39 non edepol quantam rem egeris -e quantum facinus feceris. RHET. Her. 4, 2, 3 scire non possunt ubi sit, -c quid sit, -c quo modo factum sit. 4, 15, 22 interrogatio non omnis gravis est -e concinna. 4, 23, 32 est in his *exornationibus* lepos et festivitas, non dignitas -e pulchritudo. *al.* CIC. Quinct. 87 quod ... defensum esse contendi non ab homine alieno -e ab aliquo calumniatore atque improbo, sed ab equite Romano propinquo. Sull. 13 haec ... partitio defensionis non est fortuito, iudices, -c temere facta. 41 non Torquatus -e Torquati quispiam similis. Att. 2, 11, 1

[N.H.]

litterae tuae non solum, quid Romae, sed etiam, quid in republica, -e solum, quid fieret, verum etiam, quid futurum esset, indicabant. *al.* Catvll. 26, 2 sq. villula vestra non ad Austri flatus opposita est -e ad Favoni -c saevi Boreae aut Apheliotae. 36, 17 si non illepidum -e invenustum est. 68, 98 quem ... non inter nota sepulcra -c prope cognatos compositum cineres, sed Troia obscena ... detinet. Lvcr. 1, 147 (= 2, 60). *al.* Caes. Gall. 7, 29, 2 non virtute -e in acie vicisse Romanos sed artificio quodam. Cic. Att. 10, $8^b$, 1 Varro rust. 2, 2, 18. *al.* Sall. Iug. 50, 5 non confertim -e in unum sese recipiebant. *al.* Ps. Sall. rep. 1, 1, 8 firmanda res publica non armis modo -e advorsum hostis. *al.* Nep. Att. 6, 5 eam *observantiam* officio, non timori -e spei attribui. *al.* numquam: Plavt. Amph. 186 quod n. opinatus fui -e alius quisquam civium sibi eventurum. Men. 447 n. quicquam facinus feci peius -e scelestius. *al.* Cic. Cluent. 63 ut n. benignius -e attentius quemquam auditum putem. fin. 1, 25 n. hoc ita defendit Epicurus -e Metrodorus. Hor. sat. 1, 3, 128 sapiens crepidas sibi n. -c soleas fecit. *al.* haud: Plavt. Amph. 503 h. quod tui me -e domi distaedeat. Bacch. 996 cerae quidem h. parsit -c stilo. *al.* Enn. ann. 270 h. doctis dictis certantes -c maledictis miscent inter sese inimicitias agitantes. Lvcr. 5, 374 Hor. epist. 1, 8, 6 Verg. Aen. 7, 203 Val. Fl. 6, 76. *al.* ne ... quidem (*cf. p. 579, 52*): Plavt. Pseud. 147 ut ne peristromata q. aeque picta sint Campanica -e Alexandrina beluata tonsilia tappetia. Cic. Verr. II 1, 128 ne Tadi q. tabulis -c testimonio credemus? Att. 13, 10, 3 ad Q. fr. 1, 3, 1 Caes. civ. 2, 41, 3 Liv. 1, 3, 4. *al.* *cetera exempla*: Cato agr. 145, 2 oleum ne tangito utendi causa -e furandi causa. Cic. Verr. II 1, 26 multi ... condemnati sunt, nequaquam tam manifestis -c tantis criminibus, quantis tu convinceris (4, 96 Liv. 5, 39, 8). Varro rust. 3, 16, 7 minime malefica ..., -e ignava. Tib. 1, 1, 38 adsitis, divi, neu (-c *var. l.*) vos e paupere mensa dona -c e puris spernite fictilibus. Liv. 21, 46, 9 nusquam trepide -e effuse cedendo. Val. Fl. 3, 317 (*v. p. 597, 25*). Stat. Theb. 1, 18 quando Itala nondum signa -c Arctoos ausim spirare triumphos (4, 278. silv. 1, 2, 58 ipsi animus n. -c cordi fixa voluntas).

Ⓑ *coniunctio, sc.* neque: Plavt. Cas. 938 sq. ardeo flagitio ⌊-c, quid agam meis rebus scio⌋, -c meam ut uxorem aspiciam contra oculis (⌊ ⌋ *ad 1aα*). Ter. Ad. 307 *p. 583, 52.* Cato agr. 145, 2 *p. 576, 11.* Epist. praet. ad Tiburt. (CIL $I^2$ 586) 8 *p. 568, 9.* Rhet. Her. 4, 11, 16 *p. 571, 60.* 4, 25, 34 Cic. Sull. 20. *al.* Catvll. 26, 3 *l. 4.* Lvcr. 1, 23. *al.*

Ⓒ *pron., adi.*: nullus: Plavt. Aul. 420 homo nullust te scelestior ... -e quoi ego ... amplius male plus libens faxim. Enn. scaen. 405. Lvcil. 473 cenam ... n. -e divo prosectam ullam. Rhet. Her. 3, 22, 35 *res usitatas* meminisse non solemus, propterea quod n. nova -c admirabili re commovetur animus. Cic. de orat. 1, 51 n. subiecta sententia -c scientia. off. 3, 5 n. feracior in ea locus est -c uberior. Lvcr. 1, 472. 2, 235 nulli de nulla parte -e ullo tempore inane potest vacuum subsistere rei. 6, 248. Caes. Gall. 2, 11, 1 n. certo ordine -e imperio. Varro rust. 1, 9, 1 quae *terra* n. alio vocabulo -e cognomine adiecto appellatur. Hor. sat. 1, 4, 71 n. taberna ... -e pila. *al.* nemo: Plavt. Bacch. 616 nequior nemost -e indignior, quoi di bene faciant, -c quem quisquam homo ... amet. Most. 31 n. adaeque ... antehac est habitus parcus -c magis continens. Enn. ann. 373 quem n. ferro potuit superare -c auro. Lvcil. 346 n., qui culpat Homerum, perpetuo culpat, -e quod dixi ante poesin. Cvrio avus or. frg. Cic. inv. 1, 80 (= Rhet. Her. 2, 20, 33) n. potest uno aspectu -e praeteriens in amorem incidere. Cic. Brut. 46 antea neminem solitum via -c arte ... dicere. 272 studio neminem -c industria maiore cognovi. Catvll. 73, 5 n. *me* gravius -c acerbius urget, quam *eqs.* Sall. Iug. 63, 7 n. tam clarus -e tam egregiis factis erat, quin indignus illo honore ... haberetur. *al.* nihil (nil): Plavt. Trin. 199 sqq. n. est profecto stultius -e stolidius -e mendaciloquius -e argutum magis *eqs.* Ter. Andr. 206 nil locist segnitiae -e socordiae. Eun. 50 nil prius -e fortius. Ad. 861 facilitate nil esse homini melius -e clementia. Cic. Sull. 78 n. erroris erit in causa -c obscuritatis. de orat. 1, 129 n. est ... tam insigne -c tam ... stabile quam *eqs.* off. 1, 56 n. ... est amabilius -c copulatius quam morum similitudo bonorum. *al.* Lvcr. 1, 730 nil ... praeclarius ... -c sanctum magis et mirum. 2, 1028 Sall. Catil. 12, 2 Iug. 41, 9. 51, 1. *al.* Liv. 2, 3, 4. *al.*

Ⓓ *verbum*: nescire: Plavt. Bacch. 722 nescis, quid ego acturus sim, -e facinus quantum exordiar. Persa 515 nescis, quid te instet boni, -e quam tibi Fortuna faculam ... adlucere volt. Cic. Lael. 55 cui *res* parent, nesciunt, -c, cuius causa laborent. *al.* negare: Plavt. Poen. 777 negasne apud te esse aurum, -c servom meum? Cic. fin. 1, 30 *Epicurus* negat opus esse ratione -e disputatione *eqs.* 5, 88 Metelli vitam negat beatiorem quam Reguli ... -c magis expetendam. nat. deor. 1, 71. Liv. 4, 60, 3 tribuni plebis ... negare tam id laetum patribus ... -c prosperum fore, quam ipsi crederent. nolle: Plavt. Rud. 1404 nolo ego murmurillum -e susurrum fieri. Hor. carm. 2, 12, 2 nolis ... bella Numantiae -c durum Hannibalem -c Siculum mare ... mollibus aptari citharae modis.

(II) *vox negandi, prohibendi nondum posita est* (*trad., sed fere emend. e. g.* Cael. Cic. fam. 8, 13, 2 Vell. 2, 45, 1; *e coni. dub. loco corrupto* Plavt. Truc. 62a [et *trad.*, -c *Lindsay*]): Ⓐ *vox negandi post* -e *ponitur*: Plavt. Curc. 579 ut ego tua magnifica verba -e istas tuas magnas minas non pluris facio quam ancillam meam. Ter. Haut. 64 agrum ... meliorem -e preti maioris nemo habet (Eun. 1077; *v. p. 511, 70 sqq.*). Cato agr. 66, 1 ⌊vaso aheneo⌋ -e nucleis ad oleum ne utatur (⌊ ⌋ *usus item prohibetur*). CIL XIV 1153, 11 (*saec. I/II*) heredi aute(m) -e venditori hoc monumentu(m) ... non sequetur. Ⓑ *praeter* -e *vox negandi nulla ponitur* (*cf. p. 569, 33 sqq.*): Cato agr. 145, 2 iuranto ... sese de fundo ... -e alium quemquam suo dolo malo oleum -e oleam subripuisse. Acc. trag. 625 qui -e cuiatis esset, umquam potuimus ... sciscere (*nisi alia negatio antecedit*). Val. Fl. 1, 382 qui candida velis aequora -c stantes (nantes *Courtney, alii alia*) mirabere mille magistros (*locus interpr. incertae*). 2, 232 quos sternere Bessi -c Geticae potuere manus. 6, 519 cuius vibrantem comminus hastam cernere -c galeam gentes potuere minantem. Anth. 481, 353 (*fort. medii aevi*) nix, pruina, glacies -c fulgura nocent. Damas. carm. 42, 2 nomina -c numerum potuit retinere vetustas. Chiron 147 qui cibum -c potum appetit (-e *cod. Basil., ut* 374 [*v. p. 592, 39*]. 483). Epiphan. in euang. 42 p. 99, 10 tantum vox -c lingua eloqui sufficit. Cassiod. hist. 1, 14, 19 Iohannes genituram eius *Christi* -c facturam dicere voluit (*gr. Theodoret. 1, 4, 19 γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποίησιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν*). Agnell. in Galen. ad Glauc. 1 l. 11.

**β** *negatio nondum inducta est*: (I) *opponitur antea dictum, ita ut fere idem accuratius vel plenius dicatur* (*cf. p. 571, 22 sqq.*): Ⓐ *exempla varia selecta*: Plavt. Capt. 55 ⌊nam⌋ pertractate facta est *fabula* -e item ut ceterae (⌊ ⌋ non *trad., quod retinet pars edd., ut locus ad p. 574, 61 sqq. pertineat*). Ter. Andr. 230 illa temulentast mulier et temeraria -c satis digna, cui committas primo partu mulierem. Cic. Arch. 2 quod alia quaedam in hoc facultas sit ingeni -e haec dicendi ratio aut disciplina. Varro ling. 6, 25 de statutis diebus dixi; de annalibus -c d⟨i⟩e statutis dicam. Sall. Catil. 24, 3 ubi aetas tantummodo quaestui -e luxuriae modum fecerat. Verg. georg. 1, 433 *si luna* pura -e obtunsis per caelum cornibus ibit. Tib. 2, 4, 45 bona quae -c avara fuit. Ov. ars 1, 221 omnia responde -c tantum si qua rogabit. Scrib. Larg. 25 mel ... repositum duobus mensibus -c (ne *var. l.*) minus. *al.* Ⓑ *sequitur* alius (alter *l. 42; fere ita, ut e. g.* hic -e alius *i. q. 'hic solus' significet, sed hic illic* [*maxime apud* Apvl.] *locutio fere i. q. 'ipse' significare vid.; exempla selecta*): Plavt. Asin. 754 (*parasitus legit syngraphum*) Diabolus ... dedit ... viginti minas, Philaenium ut secum esset ... :: (*Diabolus loq.*) -e cum quiquam alio quidem. Cic. Planc. 31 haec -c ulla alia sunt coniecta maledicta in eius vitam. Liv. 21, 13, 3 vestra ... causa me -c ullius alterius loqui. Fest. p. 325 *Ennius* ait 'sapsam' pro ipsa -c alia. Pavl. Fest. p. 105 ipsippe: ipsi, -e alii. Apvl. met. 2, 13, 2 'ipse est' ait '-c ullus alius' (*item verba locutoris*: 2, 27, 5 haec ... -c ullus alius *eqs.* 5, 30, 5 illa ... -c ulla alia). *al.*

(II) *cetera exempla*: Ⓐ *varia*: Ter. Hec. 127 videt *nuptias* paratas -c moram ullam, quin ducat, dari. Cic. Mur. 62 hoc ... M. Cato ... arripuit, -e disputandi causa ..., sed ita vivendi (*cf.* fam. 1, 9, 19 -e tam illius laedendi causa quam defendendi ... Catonis). off. 1, 133 uberior oratio L. Crassi -c minus faceta. 1, 136 ad hoc genus castigandi raro invitique veniemus -c umquam nisi necessario. Att. 3, 17, 1 nuntii ... tristes -c varii. *al.* Catvll. 22, 5 milia *versuum* ... perscripta -c sic ut fit in palimpsesto relata: cartae regiae *eqs.* 69, 8 mala valde est bestia, -c quicum bella puella cubet. Lvcr. 2, 244 paulum inclinare necessest corpora; -c plus quam minimum. 5, 839 inter utrasque -c utrum utrimque remotum (*sic Lachmann, v. app. crit.; sunt qui ad p. 567, 30 sqq. referant*). Bell. Afr. 10, 3 parva ... cum copia, et ea tironum -e omni exposita. 37, 4 iugum ... a mari ortum -e ita praealtum. 89, 4 vitam ... sibi -e amplius quicquam deprecatur. Varro rust. 2, 1, 12 fiunt ... partes ... *tot*, et quidem necessariae -c parvae. Sall. Iug. 88, 4 quae postquam gloriosa modo -e belli patrandi cognovit *eqs.* Nep. Milt. 2, 3 erat ... dignitate regia ..., -e id magis imperio quam iustitia consecutus. Eum. 8, 2 ut omnia perdant, -e minus eos, cum quibus steterint, quam adversus quos fecerint. *al.* Hor. epod. 14, 15 me libertina -e uno contenta Phryne macerat. sat. 2, 5, 80. Prop. 4, 7, 13 perfide -c cuiquam melior sperande puellae. *al.* Ⓑ *partes adversari videntur* (*cf. B1 et p. 570, 28 sqq.*): Cic. fin. 5, 81 quid minus probandum quam esse aliquem beatum -c satis beatum? Varro ling. 10, 17 in unam *partem*, quae habet casus -e tempora, ut 'docilis' ..., in alteram, quae tempora -e casus, ut 'docet' (*sim.* 10, 31). Verg. georg. 4, 101 hinc ... dulcia mella premes, -c tantum dulcia quantum ... liquida. Prop. 4, 5, 57 qui versus, Coae dederit -c munera vestis. Liv. 3, 55, 1 consulatus popularis sine ulla patrum iniuria -c sine offensione fuit. 26, 15, 9 acceptas litteras -e resolutas. Vell. 2, 89, 4 senatus sine asperitate -c sine severitate lectus. Cels. 2, 15, 5 sani -e firmi homines. Sen. nat. 3, 25, 4 quo *flumine* poto equis -c ulli praeterea animali color mutetur. Plin. nat. praef. 22

*[N.H.]*

*deprehendi* veteres transcriptos ad verbum -e nominatos. *al.* Ⓒ *per negationem vocis repetitae aliquid simul esse et non esse dicitur*: CATVLL. 64, 83 potius quam talia Cretam funera Cecropiae -c funera portarentur (*i. iuvenes morti destinatos*). OV. ars 2, 93 pater infelix -c iam pater 'Icare' clamat *eqs.* (*fere eadem* met. 8, 231). CE 428, 6 (*saec. II[1]*) nunc umbra -c umbra ... tegor ecce sepulchro.

**b** *negatio ad partem tantum eius, quod coniungitur, pertinet (cf. 1aβ); iunguntur subst., sed negatur:* *adv.*: VARRO rust. 1, 45, 1 primum plerumque a terra exit hordeum ... -c multo post triticum (NEP. Hann. 4, 3 Flaminium ... occidit -e m. p. C. Centenium. frg. 27 Marsh. me iuvene violacea purpura vigebat ... -c m. p. rubra Tarentina. LIV. 6, 26, 8 pacem in praesentia -c ita m. p. civitatem etiam impetraverunt. *cf. p. 573, 5 sqq.*). *adi.* (*exempla selecta inde a* SIL.): CVLEX 140 ilicis ... nigrae species ⌊-c laeta⌋ cupressus (⌊ ⌋ *Heinsius,* et l. *trad.,* et fleta *Ellis*). PROP. 1, 20, 14 duros montes et frigida saxa ... -e expertos ... adire lacus. 2, 3, 6 quaerebam sicca si posset piscis harena -c solitus ponto vivere torvus aper. 2, 28, 52 vobiscum *est* Europe -c proba Pasiphae. OV. ars 2, 187 suos casus -c mitia facta puellae flesse ... Milaniona ferunt. met. 6, 418 Cleonae et Nelea Pylos -c adhuc Pittheia Troezen. 8, 562 pumice multicavo -c levibus atria tofis structa. 15, 15 domum magni -c inhospita tecta Crotonis intrasse (STAT. Theb. 5, 715. 6, 106). trist. 4, 7, 22 innumeri montes inter me teque ... fluminaque et campi -c freta pauca iacent. LYGD. 4, 61 a crudele genus -c fidum femina nomen! LIV. 32, 12, 3 Romanos temere in loca iniqua -c faciles ad receptum angustias progressos (TAC. hist. 1, 26, 1 ni ... militum castra -c facilem inter temulentos consensum timuissent). SEN. Herc. f. 487 -c unus ... Geryon. LVCAN. 1, 72 immensum ... aperitur opus, ... quid pacem excusserit orbi: ... nimio ... graves sub pondere lapsus -c se Roma ferens. 3, 186 venit in arma ... Cnosos ... agitare pharetras docta -c Eois peior Gortyna sagittis. PLIN. nat. 4, 25 Lebadea -c cedentes Athenis ... Thebae. VAL. FL. 3, 288 ubi concretos ... sanguine crines pallentesque genas ... -e hesternos agnovit in hospite vultus. SIL. 9, 232 Cantaber ... -c tectus tempora Vasco. HOMER. 871 Nerea magnum Oceanumque senem -c eundem Protea semper. STAT. Theb. 2, 141 Talaionides -c longa morati Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros corripuere. 2, 203 egregiam Argian -c formae laude secundam Deipylen. *al., fere in versibus.*

**B** *accedunt aliae coniunctiones vel adv., quae cohaerentiae textus serviunt, sc. voces*: **1** *adversativae*: **a** tamen (*cf.* GLOSS. III 151, 55 οὔτ᾽ ὅμως [oteomos *cod.*]: -e t.; *saepius* -c *quam* -e, *sed* -e *semper vel fere semper adhibent e. g.* RHET. Her., CAES., NEP., CELS.; *cf. p. 582, 36 sqq. vol. V 2, 889, 68 sqq.; ponitur fere ante id, quod coniungit, sed loco tertio* OV. trist. 2, 466 Pont. 4, 14, 34): **α** *exempla varia*: Ⓘ tamen *sequitur continuo* (*exempla selecta inde a* CAES.): *coniungitur verbum vel enuntiatum totum*: LIV. ANDR. carm. frg. 38 -e tamen (enim *var. l.*) te oblitus sum, Laertie noster. RHET. Her. 2, 8, 12 rumorem proferemus ... -e t. ei rumori nos fidem habere dicemus. 4, 9, 13 si haec *dicta* ... aliquantulum demiserimus -e t. ad infimum descenderimus. 4, 55, 68 dubitanti Gracco, quid esset, -e t. locum ... relinquenti. CIC. inv. 1, 70 Quinct. 73. Catil. 2, 5 quid cogitent, me scire sentiunt -e t. permoventur. Mur. 74 horribilis oratio *accusatoris voluptatem vituperantis,* sed eam ... civitas ipsa respuit; -e t. Lacedaemonii ..., -e vero Cretes ... melius quam Romani homines ... res publicas suas retinuerunt. de orat. 3, 103 ita sit nobis ... suavis orator – -c t. potest aliter esse –, ut suavitatem habeat austeram. Att. 1, 12, 2 non sum mediocriter commotus, -e t. credidi. 2, 18, 3 usurum me non puto; -e t. scit quisquam. *al.* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 3 locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent, -e t. id antea cuiquam concesserant. LVCR. 1, 299. *al.* MESSALA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 CAES. Gall. 5, 55, 2. BELL. Alex. 31, 1 Caesar cum videret milites acrius proeliari non posse -c t. multum profici *eqs.* VARRO rust. 2, 10, 11 -c t. non *eqs. al.* SALL. Catil. 19, 2 Iug. 98, 5. *al.* ALF. dig. 41, 1, 38. *al.* NEP. Att. 6, 1 ita est versatus, ut semper optimarum partium ... existimaretur, -e t. se civilibus fluctibus committeret. *al.* *coniungitur pars enuntiati*: RHET. Her. 4, 8, 11 mediocris *figura* est, quae constat ex humiliore -e t. ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. CIC. Phil. 2, 7 quam multa *in epistulis* seria -e t. ullo modo divolganda! de orat. 1, 63 illud est probabilius -e t. verum. Tusc. 2, 17. Att. 1, 19, 8 nihil ... a me asperum in quemquam fit, -c t. quicquam populare ac dissolutum, sed *eqs. al.* SEN. contr. 3 praef. 3 pronuntiatio, quae histrio posset producere, ⟨-c⟩ t. quae histrionis posset videri. COLVM. 2, 10, 33 ut spisse aretur -c t. alte. Ⓘⓘ tamen *disiungitur*: PLAVT. Poen. 453 sex immolavi agnos -c potui t. propitiam Venerem facere. TER. Andr. 94 qui cum ingeniis conflictatur eius modi -e commovetur animus in ea re t., scias *eqs.* CATO orig. 95[f] quod bene facere voluisse quis dicit -e fecit t. CIC. Pis. 82 -c despero t. *eqs.* de orat. 1, 77 -e eam t. scientiam *eqs.* 1, 255 -e minus haec t. tua ... lenitas *eqs.* fin. 5, 40 similis erit ... finis ..., -e idem t. Att. 4, 11, 2 ego mecum praeter Dionysium eduxi neminem, -c metuo t., ne mihi sermo desit. fam. 2, 17, 1 -e id t. certum. 5, 21, 3 -e me t. ulla res Romae tenet, nisi expectatio rerum Africanarum. *al.* LVCR. 3, 858 -c memori t. id quimus reprehendere mente. SALL. Catil. 26, 2 -e illi t. TIB. 1, 8, 27 (*v. p. 589, 26*). PROP. 4, 1, 113 -c rediere t. Danai. OV. am. 1, 14, 9 -c t. ater erat -e erat t. aureus ille *color.* met. 8, 77 -c in hoc t. *eqs.* *al.*

**β** *inducit additamentum* (*cf. p. 573, 18 sqq.*): CIC. S. Rosc. 133 habet ... plura praeterea praedia, -e t. ullum, nisi praeclarum. orat. 89 tantummodo adversarios figet -c eos t. semper -c omnis -c omni modo. rep. 2, 30 intelleges ... non fortuito populum Romanum sed consilio ... confirmatum esse, -c t. adversante fortuna. leg. 1, 7 *Macri* loquacitas habet aliquid argutiarum, -c id t. ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis. Cato 36 libido magis est adulescentium quam senum, -e t. omnium adulescentium. Att. 4, 15, 4 nolle, -c t. id ipsum abunde. 12, 11 ea videamus, quae ad nos magis pertinent, -c t. multo. VARRO rust. 1, 1, 4 (*antea p. 573, 31*) -e t. eos urbanos, quorum *eqs.* 1, 59, 1 -e t. sine foriculis. OV. met. 15, 83 carne ferae sedant ieiunia, -c t. omnes. SEN. benef. 3, 27, 4 ut tibi narrem *quendam* manu missum ..., -c t. gratis. COLVM. 1, 1, 15 hos ... advocato ..., -c t. sic mente dispositus, velut *eqs.*

**b** autem (*cf. p. 582, 57 sqq.*): PLAVT. Aul. 30 illa illum nescit, -e compressam a. pater. CIC. fam. 5, 12, 6 (*antea* -e enim tu *eqs.*) -e a. ego sum ita demens, ut *eqs.* LVCR. 1, 1079 (*antecedit* -c). 6, 779. *al., v. vol. II 1594, 45 sqq.; addas* GELL. 1, 11, 1 Thucydides Lacedaemonios ... tibiarum modulis in proeliis esse usos refert non ... ex aliquo ritu ... -e a., ut excitarentur ... animi. APVL. apol. 66, 4. flor. 9, 13 (autem *Lipsius,* a me *cod.*). VLP. dig. 7, 1, 7, 3.

**c** vero (*saepius* -c *quam* -e, *sed* -e *semper vel fere semper adhibent* CAES., NEP., CELS.; *cf. p. 582, 30 sqq. vol. V 2, 889, 70 sq.; saepe vis non adversativa est, e. g. l. 35 sq. 48*): **α** *exempla varia*: vero *sequitur continuo*: CIC. Catil. 3, 16 ad certas res conficiendas certos homines delectos ... habebat; -e v., cum aliquid mandarat, confectum putabat. Mur. 32 quo ille ... numquam ... esset profectus, si cum mulierculis bellandum arbitraretur; -e v. cum P. Africano senatus egisset, ut legatus fratri proficisceretur, ... nisi *eqs.* Sull. 40 o di immortales! vobis enim tribuam, quae vestra sunt, -c v. possum meo tantum ingenio dare, ut *eqs.* 48 nunc tecum sic agam, tulisse ut potius iniuriam quam rettulisse gratiam videar; -e v. quid mihi irascare intellegere possum. de orat. 1, 2 qui locus quietis ... plenissimus fore videbatur, in eo ... tempestates extiterunt -e v. nobis cupientibus ... fructus otii datus est. nat. deor. 1, 18 audite ... non futtilis ... sententias, non opificem ... mundi Platonis ... deum, -c anum fatidicam Stoicorum Pronoeam ..., -e v. mundum ipsum animo ... praeditum ... deum (*item coniungit partem enuntiati*: fin. 2, 54 Att. 2, 19, 4). off. 1, 2 orationem ... latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem; -c v. hoc adroganter dictum existimari velim. fam. 1, 9, 17 -e v. ego mihi postea quicquam adsumpsi -e hodie adsumo, quod *eqs. al.* CAES. civ. 1, 71, 1 erat occasio bene gerendae rei; -e v. id Caesarem fugiebat ... exercitum sustinere non posse. 3, 51, 2 -e v. conspectum aut impetum nostrorum tulerunt. 3, 87, 6 Pompeius idem iuravit; -c v. ex reliquis fuit quisquam, qui iurare dubitavit. *al.* BELL. Alex. 2, 1. 15, 8. 18, 1. SALL. Catil. 4, 1 non fuit consilium socordia ... otium conterere -e v. agrum colundo ... aetatem agere. NEP. Alc. 5, 1 Thras. 2, 2. *al.* VERG. georg. 2, 109. 4, 191 Aen. 6, 392. 801 MANIL. 1, 194. *al.* PLIN. nat. 2, 105. *al.* SIL. 7, 66. *al.* vero *disiungitur*: CIC. Rab. Post. 32 causa defendendi Gabini fuit reconciliatio gratiae; -e me v. paenitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. CELS. 1, 3, 2 -e ⌊ex multa v.⌋ fame (v. ex m. *var. l.*). 1, 3, 39 -e aestate v. -e autumno utilis venus est (*nisi ad II*). PLIN. nat. 18, 108 -c cocos v. habebant in servitiis. *al.* **β** *inducit additamentum* (*cf. p. 573, 18 sqq.*): CIC. Brut. 249 vementer placet, -c v. sine causa. fin. 2, 93 quo *dolore* ... Cn. Octavium ... confici vidi, -c v. semel -c ad breve tempus, sed et saepe et plane diu. fam. 1, 9, 8 omnia dicta sunt libertate ... de vi, de auspiciis, de donatione regnorum, -e v. hac in causa modo, sed constanter. 3, 9, 2 -e v. ob eam causam *eqs.* *al. apud eundem.*

**d** rursus (rursum; *cf. p. 582, 46 sqq.*): LVCR. 1, 660 amittunt vera viai -c rursum cernunt exempto rebus inani omnia denseri. OV. Pont. 3, 1, 141 -c r. iubeo *eqs.* SEN. nat. 7, 14, 3. epist. 45, 8 qui interrogatur, an cornua habeat, non est tam stultus, ut frontem suam temptet, -c r. tam ineptus ..., ut nesciat. COLVM. 1, 3, 2 neminem ... sanum debere facere sumptus in cultura sterilis agri -c r. pestilenti quamvis feracissimo agro dominum ad fructus pervenire. 1, 7, 2. *al.* SCRIB. LARG. 38, 3 -e illud r. dico *eqs.* LVCAN. 2, 660 *Caesar,* extremo sedeat quod litore Magnus, communem ... esse dolet *Italiam*; -c r. aperto vult hostes errare freto. *al.*

**e** iterum: VET. LAT. Luc. 6, 43 (cod. 3. *al.*) non ... est arbor bona faciens fructus malos, ⌊-e i.⌋ arbor mala faciens fructus bonos (⌊ ⌋ *gr.* οὐδὲ πάλιν, VVLG. -e *tantum*). *al., v. vol. VII 2, 563, 5 sqq., ubi quaedam ad IIA1 pertinent.*

[N.H.]

**2** *explicativae, sc.* -e enim **(**[*nisi addas* nam -e *p. 566, 48*]. *cf.* GLOSS. -e e.: non e. III 152, 1 οὔτε γὰρ οὖν [otegarun *cod.*]: -e e. *fort. addas iam* LIV. ANDR. *p. 577, 44***)**. *rarius* -c *quam* -e, *sc.* -c enim *omnino vitare vel singulis binisve locis tantum adhibere vid. e. g.* VERG., OV., CELS., PLIN. nat., QVINT. inst., PLIN. *min., paulo rarius* -c *quam* -e *adhibere vid.* CIC., LIV. (-c *in cod. vet. e. g.* 22, 5, 2), SEN. *philos.; ponitur fere ante id, quod coniungit, sed loco secundo* MANIL. 3, 165.

**a** *inducitur enunt.*: **α** *exempla varia*: (I) enim *sequitur continuo*: PLAVT. Cas. 888 reppulit mi manum; -e e. dare sibi savium me sinit. Persa 62 -e quadruplari me volo; -e e. decet sine meo periclo ire aliena ereptum bona, -e illi, qui faciunt, mihi placent **(***nisi ad II, ut e. g.* CIC. Sull. 20 -e e. est causa adversata naturae, -c homo -c res misericordiae meae repugnavit. 69 -e e. potest quisquam nostrum subito fingi -e cuiusquam repente vita mutari aut natura converti. off. 2, 12 HOR. sat. 1, 4, 40. 2, 1, 13**)**. Trin. 586 certumst sine dote haud dare; ... -e e. illi damno umquam esse patiar. TER. Hec. 834 laetor, etsi hoc meretrices aliae nolunt; -e e. est in rem nostram ut quisquam amator nuptiis laetetur. Ad. 649 certo scio *te has non nosse*; -e e. diu huc migrarunt. RHET. Her. 3, 4, 7. 3, 8, 15 CIC. inv. 2, 139. S. Rosc. 17 -e e. mirum, cum *eqs.* Mur. 31 de ... eo pauca disseram; -e e. causa in hoc continetur. Arch. 26 -e e. est hoc dissimulandum *eqs.* Att. 1, 3, 2. *et saepe.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 1. 8, 7, 2. LVCR. 2, 87 -e e. mirum, durissima quae sint ponderibus (*cf. p. 569, 55 sqq.*). 3, 365. *al.* CAES. Gall. 4, 29, 4. 7, 77, 15. BELL. Alex. 67, 2 (*acc. c. inf.*). VARRO ling. 9, 94 aliud si quid assumptum sit extrinsecus, quo similitudo penitus perspici possit, non [e]nim⟨is⟩ erit remotum ab natura; -e e. magnetas lapides duo inter se similes sint necne, perspicere possis, ... nisi ... apposueris ferrum (*item argumentum e re simili*: rust. 2, 1, 27 non, si hic ..., cum peperit mula, sit portentum, adsentiri omnes terras; -e e. hirundines ..., quae in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt). 10, 55. rust. 1, 40, 5 non enim pirum recipit quercus; -e enim si malus, pirum (si *del. Giusta*). 2, 8, 2. *al.* SALL. Iug. 95, 2. NEP. Att. 10, 5 (*sunt qui locum deleant*). VERG. georg. 2, 103 HOR. sat. 1, 4, 133. *al.* *in parenthesi* (*huc* CAES. Gall. 5, 52, 1, *si* enim *pro* etiam *accipias*): RHET. Her. 1, 6, 10 si oratio adversariorum fecerit fidem auditoribus – -e e. non facile scire poterimus ... – *eqs.* CIC. Verr. II 2, 48. Sull. 72 quos ego nominarem – -e e. ipsi nolunt et huic animo gratissimo adsunt – sed *eqs.* off. 3, 34 Att. 1, 19, 7. *al.* CAES. Gall. 2, 17, 4 VERG. georg. 4, 207. Aen. 1, 198 (*subest Hom. μ 208 οὐ γάρ*). *al.* PROP. 4, 4, 89. *et saepius.* (II) enim *disiungitur*: LVCR. 2, 454 papaveris haustus itemst facilis quasi aquarum ⌊et perculsus item proclive volubilis exstat⌋; -c retinentur e. inter se glomeramina quaeque (⌊ ⌋ *post 455 codd. et edd. multi, ut fort. ad IIA1b pertineat*). 3, 919 -c sibi e. *eqs.* 6, 99 -c fit e. *eqs.* CIC. Tusc. 1, 46 -e est e. *eqs.* (e. est *corr.*). VERG. Aen. 2, 100 -c requievit e. PETRON. 140, 15 -c ulli e. *eqs.* *al.*

**β** *inducitur pars enuntiati*: VERG. Aen. 9, 617 o vere Phrygiae – -e e. Phryges – *eqs.* (*subest Hom. B 235 οὐκέτ'*).

**b** *coniungitur verbis narratoris oratio recta personae, ita ut coniunctio ad verbum dicendi pertineat, negatio ad orationem allatam* (*cf. p. 572, 31 sqq.*): OV. met. 9, 131 excipit hunc *sanguinem* Nessus, '-e e. moriemur inulti' secum ait. STAT. Theb. 8, 588 spoliare superbit Oenides, '-e e. has Marti ... exuvias figemus' ait.

**3** *additivae sim.*: **a** adeo (*cf. p. 581, 67 sq.*): PLAVT. Asin. 763 ne epistula quidem ulla sit in aedibus -c cerata a. tabula. *al., v. vol. I 613, 73 sqq.* **b** etiam (*cf. p. 582, 6 sqq.*): PLAVT. Bacch. 670 non placet -e temerest e. CAES. civ. 1, 5, 1. VARRO rust. 1, 65 non promendum *vinum,* dum fervet, -e e., cum processit ita, ut sit vinum factum, si vetus bibere velis. 3, 16, 6. PS. TIT. epist. l. 455 prohibet foeminarum conventu⟨i⟩ non coniungi -c e. in convivio ociosari. RVRIC. epist. 2, 13 p. 391, 7 ut ... ita ... velum pandas, ne te ... flatus excutiat ...; -e e. ... Loth imiteris uxorem, *sc. respiciendo.* **c** porro (*cf. p. 582, 3 sq.*): CIC. Verr. II 1, 121 -e enim perfacete dicta -e p. hac severitate digna sunt (*nisi ad II*). dom. 61 -e p. ... copiae ... Catilinae ... testis tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt. *al.* LVCR. 1, 184 -c p. augendis rebus spatio foret usus seminis ad coitum. 1, 194 sine certis imbribus anni ... nequeat fetus summittere tellus -c p. secreta cibo natura animantum propagare genus possit. *al.* **d** *cetera exempla*: LVCR. 1, 266 res ... docui non posse creari de nilo -e item genitas ad nil revocari (2, 858. GELL. praef. 9 sunt item multi, qui 'coniectanea' *scripserint,* -e i. non sunt, qui *eqs.; cf. p. 581, 69 sqq.*). VITR. 1, 1, 13 non ... debet ... esse architectus grammaticus ... -c musicus ... -c denuo medicus. COLVM. 1 praef. 3 -c post haec *eqs.* 1, 1, 13 -c postremo *eqs.* IREN. 2, 24, 5 l. 194 non ... -e iterum (VITA Anton. 16, 3 l. 9 [*gr.* μηδέ *tantum*]). BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 22, 2 voces invenies, quae nihil omnino significent; -c intellectui quoque subiecta res semper est (2, 7 p. 166, 24. 4, 10 p. 283, 3. CE 2100, 18 [*post a. 551*] non retinet mundus ..., quem recipit ... dextera ... dei, -c q. venturis morietur nomine saeclis).



**4** *rationales vel causales*: -c (...) ergo: PLAVT. Pseud. 1333 me isti hau solent vocare, -e e. ego istos. LVCR. 3, 969 -c minus e. antehac quam tu cecidere cadentque. MART. 5, 50, 5. FLOR. epit. 3, 10, 9 perpetua trans Rhenum fuga latuit; -c Rhenus e. immunis. *al.* -c ideo **(***aliter e. g.* CIC. Tull. 43 -e i. ... quod. SEN. dial. 9, 11, 2 -c i. ... quia. *exempla selecta inde a* LIV. [*plura v. vol. VII 1, 213, 21 sqq.*]**)**: CIC. Balb. 35 populus *Gaditanus* ... se nusquam *publica religione* obligavit; -e i. est Gaditanorum causa deterior. VARRO ling. 9, 35. rust. 1, 2, 23 (*v. p. 592, 21*). VERG. georg. 2, 96 *est* – quo te carmine dicam? – Rhaetica; -c cellis i. contende Falernis. LIV. 38, 48, 2 Delphos ... Galli spoliaverunt, -c i. populus Romanus iis bellum indixit. 45, 23, 19 etiam deos aliqui ... increpant, -c i. quemquam fulmine ictum audimus. CELS. 2, 14, 6 potest morbus minus gravis esse quam fuerit, -e i. tamen solvi. *al.* -c idcirco (*aliter* BELL. Afr. 31, 9 -e i. ..., quod *eqs.*): CIC. de orat. 2, 151 *philosophi* nulla dant praecepta dicendi -c i. minus, quaecumque res proposita est, suscipiunt, de qua copiose ... loquantur. SALL. Iug. 46, 6. VERG. catal. 9, 7 victor adest ... portans insignia pugnae ..., -c minus i. vestos expromere cantus ... dignus. *al.* -c continuo: VARRO rust. 3, 9, 19 electis maximis gallinis, -c c. his, quas Melicas appellant.

**5** *temporales* (*eas tantum attulimus, quae continuo post* -c *ponuntur; v. etiam* necdum *p. 596, 63 sqq.*): -c iam (*cf. vol. VII 1, 96, 71 sqq.*): PLAVT. Aul. 74 nescio pol, quae illunc hominem intemperiae tenent ...; -e i., quo pacto celem erilis filiae probrum ..., queo comminisci. Capt. 529. Most. 164 in pectus perpluit meum, -e i. umquam optigere possum. TER. Phorm. 959 vides peccatum tuom esse elatum foras -e i. id celare posse te uxorem tuam. LVCR. 3, 853 BRVT. Cic. ad Brut. 24, 8 SALL. or. Lep. 20 VERG. Aen. 1, 219. 3, 192 -c i. amplius (3, 260. 5, 8 SIL. 6, 270 PS. SIL. 8, 163 STAT. Theb. 1, 237. *al.*). *al.* TIB. 3, 19, 3 PROP. 2, 26, 4 OV. fast. 3, 593. *al.* LIV. 10, 5, 4. *al.* -e interea: CIC. Quinct. 15 annum fere una sunt ..., -e i. verbum ullum interposuit Naevius *eqs.* Rab. Post. 54 -c i. locupletare amicos umquam suos destitit. SALL. Catil. 26, 1 Catilina ... in proxumum annum consulatum petebat ...; -e i. quietus erat. -c adhuc: CIC. Verr. II 1, 70 hic ... ex illa flamma periculoque evolavit -e a. causam ullam excogitare potuit, quam ob rem commiserit ..., ut in tantum periculum veniret. 2, 142 de orat. 3, 54. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 5, 3 Marcellus idem illud de provinciis urget -e a. frequentiam senatus efficere potuit. LVCR. 5, 385 CAES. Gall. 3, 22, 3 VERG. Aen. 10, 855 OV. epist. 17, 177. met. 1, 132 vela dabat ventis – -c a. bene noverat illos – navita. 5, 453. *al.* SEN. contr. 2, 3, 3. 2, 5, 6. *al.* -e postea: CIC. Cluent. 40 prima potione mulierem sustulit -e p. Larini punctum est temporis commoratus. Att. 4, 16, 3. BELL. Afr. 23, 3 Cn. Pompeius filius naves inde avertit -e p. litus attigit. SALL. Iug. 76, 1. *al.* -c deinde: VERG. catal. 13, 21 non me vocabis ... ad feriatos fascinos, -c d. te movere lumbos ... videbo. LIV. 3, 63, 4 omnes ... hostem avertunt, -c d. Romana vis sustineri potuit. 3, 64, 9. 4, 16, 4. *al.* CVRT. 8, 11, 11. 10, 1, 15 SIL. 7, 391. 8, 410. *al.* -c mox: COLVM. 4, 15, 1 interest adhuc nova consitione pedamen omne vestiri -c m. vineam conseri, cum fructus capiendus est. 11, 1, 28 quamvis interdum emendata sit ... neglegentia, res tamen ipsa iam domino decoxit -c m. in tantum exuberat, ut ... quaestum resarciat. SVET. Aug. 47 traicere ex Sicilia apparantem ... tempestates inhibuerunt -c m. occasio ... traiciendi fuit. *al.* -c exinde: APVL. met. 7, 2, 1 cum eadem nocte ... idem profugisset -c e. usquam compareret. INTERPR. cod. Theod. 3, 8, 3 GREG. TVR. Franc. 7, 6.

**6** *negativae*: **a** non (*eos locos hic attulimus, ubi per negationem duplicem addi tantum videtur; ceterum v. infra p. 590, 60 sqq.*):
**α** *disiungitur*: VARRO AT. carm. frg. 22, 7 ⌊-c⌋ tenuis formica cavis ⌊non⌋ evehit ova (⌊ ⌋ *resp. Arat. Phaen. 956* καί). VERG. georg. 2, 449.

**β** *iuxta ponitur* (*cf.* GLOSS. -c non: οὐδὲ οὐ. pari modo, sed et. sed et vel etiam. III 152, 19 οὐ μὴ καὶ ἄρα [omicicara *cod.*]: -c non. *al.; primo loco passim, secundo* STAT. Theb. 4, 80. 12, 476, *tertio* OV. Ib. 417 [SCHOL. *ad l.* 5 -c non i(d est) etiam]. STAT. Theb. 12, 750; *bis in serie* OV. met. 7, 230 [*v. l. 72*]. 15, 427 [*fort. interpol.*]. SIL. 14, 203. 16, 554, *cf. praeterea p. 581, 27; forma* -e non *fere vitatur, sed exhibent* VARRO *et* GELL.**)**:
(I) *sine aliis coniunct. vel adv. additivis*: (A) *usu sollemni* (*exempla selecta inde a* VERG.): *coniunguntur enuntiata tota vel verba*: VARRO Men. 190 simul manibus trahere lanam -c non simul oculis observare ollam. ling. 5, 5 (*antea*: -e) -e non in tramitibus quaedam obiecta. 8, 55. rust. 1, 35, 2 vineas arbustumque putare, dum in XV diebus ante et post brumam ... ne facias; -c non tum aliquid recte seritur, ut ulmi. *al.* VERG. georg. 2, 385 Aen. 6, 183. HOR. sat. 2, 6, 108 hospes continuat ... dapes -c non verniliter ipse fungitur officiis. PROP. 2, 9, 9 OV. met. 2, 615. 7, 230 *non* eras immunis, Enipeu, -c non Peneos -c non Spercheides undae contribuere aliquid. Pont. 1, 8, 67 MANIL. 2, 504. 3, 63 CARM. pop. Suet. Tib. 59, 2 LVCAN. 2, 43. 5, 400 PETRON. 122 vers. 179. *al.* *coniunguntur variae partes enuntiati*: VARRO rust. 1, 13, 6 orcae in Hispania fervore

[N.H.]

musti ruptae -e non dolea in Italia. 1, 39, 2 circiter solstitium inseri ficos -c non brumalibus diebus cerasos. 3, 2, 14 vidi greges magnos anserum, ... gruum, pavonum, -c non glirium, piscium, aprorum. 3, 7, 10 paria singula volgo veneunt ducenis nummis -c non eximia singulis milibus nummum. Verg. georg. 2, 2 nunc te, Bacche, canam -c non silvestria tecum virgulta. Ov. met. 7, 318 cornua ... exurunt -c non cum cornibus annos. Sen. Med. 86 cedent ... proles fulminis ..., -c non, qui tripodas movet, frater virginis asperae. Colvm. 3, 2, 8 habilis arbori -c non iugo. Plin. nat. 2, 50 (*antea*: quia) ⌊-c non⌋, quod *eqs.* (⌊ ⌋ -c *fere trad.*, et *pars edd.*). Qvint. inst. 1, 5, 36 (*antea*: si) -c non, cum *eqs. al.* Ⓑ *usu peculiari adhibetur, ubi* -c tantum *sim. exspectes*: Patric. conf. 34 ut ... magnificarem nomen tuum ubicumque loco fuero, -c non in secundis, sed etiam in pressuris.

(II) *accedunt aliae coniunct. vel adv. ad actionem addendi spectantia*: -e non (...) tamen (*cf. p. 577, 60*): Cael. Cic. Att. 10, $9^a$, 1 (= fam. 8, 16, 1) quibus *litteris* te nihil nisi triste cogitare ostendisti -e, id quid esset, perscripsisti, -e non t., quale esset, quod cogitares, aperuisti. Ov. epist. 4, 69 tunc mihi praecipue, -c non t. ante, placebas. Gratt. 424. Stat. Theb. 5, 463 clamatur Lemnos alumnis; -c non ipsa t. ... enitor geminos. Flor. epit. 1, 13, 21. Apvl. met. 8, 5, 10 -c non t. ipsam quoque bestiam ... transadigit. Socr. 2 p. 121. -c non etiam (*cf. l. 33 sqq.*): Varro ling. 10, 35 ratio, quam dico, utrubique, et in his verbis, quae imponuntur, et in his, quae declinantur, -e non e. tertia illa, quae ex utroque miscetur genere. *al., v. vol. V 2, 940, 3 sqq., ubi addas* Gell. 3, 10, 15 -e non id e. sumit *eqs.* -e non praeterea: Varro rust. 2, 5, 9 -e non p. ut mares seminis boni sint. -c non et: Verg. georg. 1, 212 -c non et lini segetem ... tempus humo tegere. 2, 451 sq. (*enumerantur arborum usus*) -c non et ... undam levis innatat alnus ... -c non et apes examina condunt ... ilicis alvo. *al., v. vol. V 2, 915, 49 sqq.* (*ubi corrigas* Colvm. 8, 15, 6). -e non ... quoque (*cf. l. 19. 40. vol. V 2, 940, 29 sqq.*): Vell. 2, 95, 2 multis ... oppugnationibus -c non derecta q. acie feliciter functi. Petron. 72, 7 -c non ego q. *eqs.* Plin. nat. 11, 261. 14, 79. *al.* Qvint. inst. 3, 7, 18 Gell. 13, 11, 6. 16, 7, 4 -e non obsoleta q. ... ponit *Laberius. al.* -c non etiam et (*cf. l. 20 sqq. 25 sqq. p. 587, 56*): Peregr. Aeth. 3, 4 occurrerunt etiam et alii presbyteri -c non e. et omnes monachi (*item coniungit partes enuntiati*: 4, 8. 5, 11. 7, 5 Cass. Fel. 18, 2 Rvric. epist. 2, 24. *al.*). 24, 7 episcopus ... sedet susum -c non e. et presbyteri sedent locis suis. Cass. Fel. 29, 8 Ps. Tit. epist. 1. 304. *al.* -c non autem: Ps. Tit. epist. 1. 115 -c non a. et vos sine disciplina inobaudientes *eqs.* (1. 361 -c non a. et Gabaonites *eqs.*). Rvstic. c. aceph. p. $1215^A$ -c non a. hoc quoque dicimus. -c non ... -que (*pleonastice*): Sidon. carm. 15, 80 Thales ... numeris perquirit ..., defectum ut Phoebi -c non lunaeque laborem nuntiet anterius.

**b** -c minus: *solum positum: v. vol. X 1, 577, 29 sqq., ubi fort. addas* Sall. or. Cottae 7 Macedonia plena hostium est -c m. Italiae maritima et provinciarum. -c minus et: Verg. Aen. 11, 203 -c m. et miseri ... Latini *eqs.*; *al., v. vol. V 2, 915, 62 sqq., ubi deleas* Manil. 5, 460, *addas e. g.* Herm. vulg. sim. 8, 2, 4 (*antea*: illos viros misit in turrim, quorum *eqs.*) -c m. et eos, qui *eqs.* Cypr. Gall. gen. 668 Pavl. Pell. euch. 67. 149 Coripp. Ioh. 3, 28. -c minus etiam: Scrib. Larg. 121, 2 dandum est ... eis, qui sanguinem per urinam ... reddunt, -c m. e. mulieribus, quae *eqs.*

**B** *in structura correlativa*: **1** neque *vel* nec ... -m: CIC. Att. 1, 5, 3 n. mihi accidit, ut haberem, qui in Epirum proficisceretur, -m te Athenis esse audiebamus. VERG. Aen. 11, 70 cui n. fulgor adhuc, -m sua forma recessit. LIV. 42, 34, 12 quod si mihi nec stipendia omnia emerita essent, -m aetas vacationem daret, tamen ... aequum erat me dimitti. DRAC. laud. dei 3, 466 nec ⟨mortis⟩ pavor est, ... nec⟨dum⟩ speraverat ullus *eqs.* **2** -m ... et: CIC. ad Q. fr. 3, 6, 1 sed eius rei maturitas -m venit et tamen iam appropinquat. TAC. hist. 2, 18, 1 certum erat Spurinnae ... -m venisse Caecinam et, si propinquaret, coercere intra munimenta militem *eqs.* FRONTO p. 232, 1 tum Somnus -m natus erat et omnes pervigiles aetatem agebant. *al.* **3** -m ... -m: VERG. georg. 2, 539 -m etiam audierant inflari classica, -m impositos duris crepitare incudibus enses (CIRIS 146 sq. -m e. castos gustaverat ignis honores, -m sollemni lympha perfusa sacerdos pallentis foliis caput exornarat olivae, cum lapsa e manibus fugit pila). PLIN. paneg. 14, 1 et -m imperator, -m dei filius eras. FRONTO p. 66, 18 nec ego dum tum theatris -m conviviis abstinebam. *al.* **4** -m ... neque *vel* nec (*aliter p. 597, 21 sqq.*): LIV. 3, 60, 10 adortus ... nec omnes dum eductos, nec, qui erant, satis explicatis ordinibus. VVLG. eccl. 4, 3 qui -m natus est nec vidit mala. *al.*

**II** *negat tantum*: **A** *usu communi, sc. fere i. q. nondum* (*sed hic illic 'nondum ... quidem' vel 'adhuc ne ... quidem' putare possis, e. g. l. 36. p. 600, 18*): **1** *exempla varia*; -m *pertinet ad*: **a** *partem enuntiati*: **α** *quamlibet*: VERG. ecl. 9, 26 quae Varo -m perfecta canebat. LIV. 3, 13, 2 fratrem ... suum maiorem natu -m ex morbo satis validum pugno ictum ab Caesone cecidisse. PAVL. FEST. p. 25 arvum dicimus agrum -m satum (*pendet e p. 598, 8*). COLVM. 10, 55 ubi iam tuto -m confisus Olympo, sed trepidus profugit chelas et spicula Phoebus dira Nepae. TERT. anim. 19, 3 illis -m arbusculis, sed stipitibus adhuc et surculis etiamnunc ... inest propria vis animae. CYPR. epist. 58, 6, 2 aetas -m habilis ad pugnam idonea extitit ad coronam. MACR. verb. De Paolis p. 47, 5 cur transactum de -m facto figurari dicitur. *et saepe.* **β** *abl. absol.*: LIV. 4, 13, 5 iam comitia consularia instabant; quae res -m compositis eum maturisve satis consiliis oppressit. FRONTO p. 212, 21 Severianus quidem Lucio ab urbe -m etiamtum profecto *obtruncatus est.* TERT. paenit. 6, 1 ut catuli infantiae adhuc recentis -m perfectis luminibus incerta reptant. AVSON. 13, 70 (67 S.), 1 -m caduco sole, iam sub vespere. CASSIAN. inst. 2, 7, 1 qui -m bene finito psalmo in orationem procumbere festinamus. *al.* **γ** *acc. c. inf.*: TERT. adv. Iud. 13, 24 quoniam adhuc contendunt Iudaei -m venisse Christum. VLP. dig. 36, 4, 2 si ... certum sit hereditatem -m aditam fuisse *eqs.* SYMM. or. 2, 25 quererer, consul invicte, -m tibi parere omnia. ANTH. 396, 2 tu miserum -m me satis esse putas? HEGES. 1, 33, 1 p. 64, 15 Augustus Caesar ... -m superatum Antonium arbitrabatur (*gr. 1, 20, 1* οὔπω). *al.*

**b** *enuntiatum totum*: **α** *usu vario* (-m *alio loco enuntiati quam primo occurrit, cetera exempla v. sub p. 597, 14 sqq.*): CHAR. gramm. p. 166, 28 (*ex Romano*) femen ... nominativo ut semen -m legimus a veteribus adsertum. DAMAS. carm. 11, 5 bis denas hiemes -m compleverat aetas. SYMM. epist. 7, 5 tuae amabilitatis -m ullam epistulam sumpsi. VVLG. I Esdr. 3, 6 templum dei fundatum -m erat (nondum *var. l.*). *al.* **β** *post enunt. secund. ad enunt. primarium pertinet*: VET. LAT. I Cor. 8, 2 (Ps. Cypr. singul. cler. 23) si quis putat se scire aliquid, -m cognovit, quemadmodum eum oporteat scire (*gr.* οὔπω [οὐδέπω *var. l.*], *Vulg.* nondum). SOL. 1, 127 quod attinet ad titulum felicitatis, -m repertus est, qui felix censeri iure debuerit. HIER. in Is. 7, 19, 18 l. 51 G. quia adhuc in praesenti saeculo sumus, lingua hebraea -m loqui possumus. MACR. somn. 1, 5, 5 quousque corpus esse dicetur, -m terminus intellegitur. verb. De Paolis p. 77, 6 qui dicit ἐὰν ποιῶ, -m fieri demonstrat. SVLP. SEV. chron. 2, 40, 6 quod, licet Arriani ... superiores viderentur, -m tamen de fide inter episcopos conveniret. *al.* **γ** *solum ponitur*: VITAE patr. 5, 10, 65 putas in hoc est monachus? -m (*gr. 10, 94* οὔπω).

**2** *antecedit pron. relat. vel coniunctio* (*addidimus* -que *p. 600, 26 sqq.*): **a** *inducens enunt. secund.*: PAVL. FEST. p. 368 vesticeps puer, qui iam vestitus est pubertate; econtra investis, qui -m pubertate vestitus est (CALP. decl. 28 cum praemium peteret iniustum, qui per leges -m posset petere vel iustum. PS. APVL. Ascl. 14 quae -m nata sunt. HERMOG. dig. 50, 4, 1, 4 cui -m quisquam civili vel honorario iure successit. MACR. verb. De Paolis p. 149, 3 cui -m diffusus est totus pallor. *et saepe*). SEN. contr. exc. 8, 6, 1 putat me iam filiam commisisse sibi, cum hic se -m committat uxori? (CYPR. hab. virg. 2. HILARIAN. pasch. 3 c. -m esset lex ... tradita *eqs.* DICT. 5, 5 c. -m tegumen superpositum esset. AMM. 19, 11, 4 CLAVD. rapt. Pros. 3, 140. *al.*). VERVS Fronto p. 107, 15 'cur autem', inquies, 'non libebat?' quia -m quicquam eiusmodi effectum erat, ut te luberet ad gaudii societatem vocare (VLP. dig. 38, 9, 1, 5 q. -m delata est. CYPR. patient. 24. *al.*). TERT. adv. Iud. 6, 3 ut, si iam venit, serviendum sit illi, si -m venit, sustinendus sit (TRYPH. dig. 20, 5, 12, 1 si -m pignus evictum est *eqs. al.*). IREN. 5, 30, 1 quasi -m adsit ille, quem cavere convenit ([*gr.* μηδέπω]. HIER. epist. 18[A], 8, 1). CYPR. ad Donat. 5 quod -m corpus ac membra mutavimus, adhuc carnalis aspectus saeculi nube caecatur (epist. 68, 2, 1 q. -m a nobis videatur abstentus. laps. 25. *al.*). *al.*

**b** *copulativa*: **α** et (*fort. huc p. 597, 40*): TAC. hist. 1, 31, 2 si incipiens adhuc et -m adulta seditio melioribus consiliis flecteretur (*item* adhuc *occurrit in parte priore*: CYPR. domin. orat. 17 qui a. terreni sunt et -m caelestes esse coeperunt. HIER. epist. 39, 5, 4 calente a. mariti corpusculo et -m humato. *al.*). PLIN. paneg. 56, 2 quo fit, ut prope in immensum diffundatur oratio mea, et -m de biennio loquor. VET. LAT. I Ioh. 3, 2 (Hier. epist. 59, 1, 3) nunc filii dei sumus et -m manifestatum est, quid futuri sumus (*gr.* οὔπω, *Vulg.* nondum). CYPR. epist. 43, 4, 1 quod sacerdoti ... -m vos salutare et -m conplexibus vestris inhaerere contingat (*sim. antea* -m, *sc. ad I pertinens*: HIER. tract. p. 515 l. 266 sq. si -m venit ad iudicium et -m poena perfecta est et desiderat aquam frigidam: quid in iudicio passurus est?). VLP. dig. 35, 3, 1, 4 creditor litem contestatus est et -m lis finita est. *et saepe.* **β** *quaelibet*: PLIN. paneg. 64, 2 stupeo, patres conscripti, -mque satis aut oculis meis aut auribus credo (HIER. epist. 100, 12, 5 [*Paschal.*] antequam ruerent -mque humanis corporibus vestirentur. VVLG. Esth. 2, 20 -mque prodiderat Hester patriam. CLAVD. carm. min. 53, 6 erumpunt Erebo -mque creati iam dextras in bella parant [*cf. p. 598, 45*]. VITA Melaniae 52, 3 -mque transivimus sex aut septem milia, consequitur nos ... praedictus Messala [*gr. paulo aliter* ὡς. *cf. p. 598, 32*]. ARATOR act. 1, 193). APVL. met. 11, 27, 2 deae quidem me tantum sacris inbutum, at magni dei ... Osiris -m sacris inlustratum. VET. LAT. Hebr. 2, 8 (cod. 89, *sim. al. et* VVLG.) nunc autem -m videmus omnia subiecta ei (*gr.* οὔπω, *cod. 75. al.* nondum). CHAR. gramm. p. 183, 2 (*e Romano*) sed -m nobis idoneum proin loquentis occurrit exemplum (SYMM. epist. 1, 1, 5 [vers.] s. te Baulorum -m lenta otia quaerunt. MVTIAN. Chrysost. hom. 3 p. 255[med.] s. nunc adhuc -m audet tale aliquid loqui [*gr. p. 31*[med.] ἀλλ' οὔπω]. *al.*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 2 p. 446, 8 'faciamus hominem ad ... similitudinem nostram' (*gen. 1, 26*) attamen -m consecutus es similitudinem. COD. Iust. 2, 7, 23, 4 liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus vel -m procreatis. *al.*

**B** *usu speciali, sc. fere i. q. non* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. NE 50 -m: nequaquam, id est nullo modo): VET. LAT. Hebr. 10, 18 (Mutian. Chrysost. hom. 18, 1 p. 353[med.]) ubi remissio horum *peccatorum,* -m iam oblatio pro peccato (*gr.* οὐκέτι, *Vulg.* iam non). LVCIF. non parc. 6 l. 10 si -m fuerunt contumeliosi *eqs.* PS. ORIG. de Melch. 1 l. 6 initium -m habentem, sed nec finem. 2 l. 33 si -m imaginem Christi Melchisedech fert *eqs.* 3 l. 42 patrem aut matrem scriptura testatur illi -m esse. 4 l. 67 patrem ac matrem -m habet. 4 l. 85 finem vitae suae ... -m habet. 6 l. 196 cum incarnatus -m fuisse credatur *spiritus sanctus.* CAEL. AVR. acut. 2, 12, 85 -m quidem ait providens, quia *eqs.* GREG. M. epist. 6, 44 l. 11 sq. quia *Pelagius, qui mortuus erat,* -m hoc occurrit implere et domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostrae ecclesiae detinetur ⸤et idcirco hactenus -m voluntas defuncti completa est *eqs.*⸥ (⸤ ⸥ *ad A pertinet; cf. 9, 138 l. 10* quia morte occupatus hoc non occurrit implere).

*appendix syntactica et stilistica*: **1** *abundanter accedit*: **a** *adv.*: adhuc: SEN. epist. 28, 6 *p. 598, 10.* COLLECT. Arian. serm. 8, 3 PS. ORIG. in Iob 1, 30 l. 7 PETR. CHRYS. serm. 17, 4 VICT. VIT. 2, 19. 3, 21 CASSIOD. in psalm. 28, 8 l. 189. MVTIAN. *l. 38.* CAES. AREL. *p. 598, 47.* GREG. M. epist. 11, 36 l. 81 (*cf.* hactenus *l. 54*). paene (*cf. usum p. 598, 32 sqq. illustratum*): COD. Theod. 7, 18, 14, 1 qui -m p. auspicati militiam fugerunt. 12, 5, 3 cum alii -m p. initiati curiae sacris fuerint. QVODV. grat. 1, 3, 9 *p. 598, 59.* **b** *coniunctio copulativa* (*sc.* et -m, sed -m *sim.*): *inde a* TAC., PLIN. *min., v. l. 13 sqq.* **c** *negatio*: LONGIN. Aug. epist. 234, 2 quia tunc, fateor, huius boni in sedem profecturus sufficiens, ut mea expetunt sacerdotia, minime -m, et si tamen potuero, viaticum colligo.

**2** *accedunt variae particulae vel adv.*: autem *p. 598, 1,* bene *p. 599, 45,* enim *p. 597, 65 sqq. 598, 50,* etiam *v. vol. V 2, 931, 7 sqq.,* iam *l. 45,* quidem *l. 51 et* QVODV. c. Iud. pag. Ar. 10, 3 VEREC. in cant. 3, 4, quoque CYPR. epist. 74, 2, 4, satis *p. 597, 27. 598, 53. 55. 599, 6 sq. 49. al.,* tamen *p. 597, 60 sqq. 598, 4 sqq. 599, 66. al.* (*cf.* attamen *l. 40*).

**nēqueiquam** *v.* nequiquam *p. 606, 45.*

**nequenon (necnon)** *v.* neque, *imprimis p. 580, 58 sqq.* *Sx.*

※**nequeo,** -iī (-īvī), -itum (-ītum *v. l. 36*), -īre. [*subest iunctura* nequ(e) it (*vel* itur) *'fieri non potest', quae in verbum act.* nequ-eo, -īs, -it *etc. 'non possum' transiit (de pass. v. infra p. 606, 10), unde retrograde verbum* queo *sec.* ne-scio: scio *formatum est; ad terminationem* -nont/-nunt *pro* -eunt (*v. l. 19*) *comparari possunt* dant: danunt, explent: explenunt. *cf. e. g. Weiss, Hist. and Compar. Grammar of Latin, 2009, 386 adn. 38. Mei.*] *de origine*: Cic. orat. 154 -ire pro non quire. Char. gramm. p. 344, 11 (*enumeratis formis verbi q. e.* eo) ⌊similiter quae ab 'eo' composita sunt⌋, velut ... queo δύναμαι, -o οὐ δύναμαι *eqs.* (⌊ ⌋ *sim.* Macr. verb. Passalacqua p. 28, 7. *al.*). Cassiod. gramm. VII 154, 21 (*ex Vel.*) queo, ... quis, ... quit, ex quibus componuntur -o -is -it, inquio *eqs.* *scribitur* ni- Chart. lat. ant. XVII 653, 5, 9 *et* 7, 6 (*a. 552/75*). Gloss.$^L$ I Ansil. ni 136, necuit *pro* -it Chart. lat. ant. XV 526, 2, 15 (*a. 293/305*), -evit Serm. Migne suppl. 3, 711 (*cf.* Gloss. IV 123, 48 -everunt). *de genere*: Char. gramm. p. 469, 20 (*inter verba act., quibus resp. verba gr. pass.* [*respic.* οὐ δύναμαι]). Prisc. gramm. II 396, 19 multa ... ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut ... -it et -itur *eqs.* *de formis act. (de pass. v. p. 606, 10; cf. Neue-Wagener$^3$ IV 234): stirpis praes.*: Liv. Andr. carm. frg. 13 nequinont (neque nunc *trad., sed locum affert* Fest. p. 162 '-inont' pro '-unt', ut 'solinunt, ferinunt' pro 'solent' et 'feriunt', dicebant antiqui [*inde corrupte* Gloss. IV 123, 45 sq. V 467, 60 sq.]); *ceterum praes. indicat.* -eo *sim. et coniunct.* -eam *sim. inde a* Plavto, Ter. (-io Gloss. IV 540, 64; -iunt Oribas. syn. 8, 54, 1 Ab p. 260 [-eunt Aa]. Gloss. IV 540, 63. V 467, 61); *imperf. indicat.* -ibat *sim. inde a* Sall., *coniunct.* -irem *sim. inde a* Cic.; *fut. raro, e. g.* -ibunt Lvcr. 1, 380, -ibit *apud* Ter. Mavr. *quater; part. praes.* -iens, -euntis *e. g. apud* Sall., Apvl., Avr. Vict., Amm. (*v. etiam p. 606, 30*). *stirpis perf.: formae plenae apud* Plavt. Poen. 848 -ivit *et inde a* Sall., Verg.; *formae contractae apud* Titin. com. 24 -quisti (*v. p. 602, 24*) *et inde a* Varrone, Cic., Lvcr. *non occurrunt imperat., gerund., part. fut.* *de prosodia: praecepta gramm.*: Caper Prisc. gramm. II 530, 18 ut 'sino, sĭtus', sic '-o, -ĭtus' corripit paenultimam ([*Prisc. postea*: quod usus ubique approbat]. *eodem spectant* Prisc. gramm. III 569, 24 Ps. Prisc. gramm. III 525, 7). Ps. Prisc. gramm. III 528, 11 (*testatur* -īvi, -īveram, -īvero). *usus auctorum*: nēquī- *p. 602, 60. 603, 35 et* Cypr. Gall. exod. 492, nĕquī- *p. 606, 21; p. p. p.* nequītum Pacvv. *p. 606, 24* (*si recte trad.; cf. Leumann, Gramm. 1977, 521* [*ubi corrigas Acc. trag. 662* neque ... quītus sum]). *de notione* (*cf. l. 7. 9 et adde p. 606, 11 sq.*): Gloss. -o: οὐ δύναμαι κτλ. non possum. -it: ἀδυνατεῖ, †ατονια (ἀτονεῖ *Scaliger*). non potest. -eunt: non possunt vel deficiunt. -rem: nollem (*cf. p. 603, 19 sqq.*). Gloss.$^L$ I Ansil. ne 355 sq. -o: non possum vel non facio. non possum, non valeo. *al.* *legitur inde a* Liv. Andr. (*semel*), Plavto (*ca. 50ies*), Caecil. *p. 603, 2* (*fort. etiam p. 604, 57*), Ter. (*17ies*), Catone (*ter*); *postea frequenter e. g. apud* Lvcr. (*56ies*), Sall. (*23ies*), Liv. (*plus 60ies*), Tac. (*25ies*), Arnob. (*26ies*); *deest e. g.* Caes., Plin. *minori.* [*variat in codd. c.* non quire *e. g.* Ter. Phorm. 489 Sall. Iug. 14, 11 Boeth. cons. 3, 3, 6, quire Colvm. 8, 14, 2 (*restit. p. 602, 14 et* Rvric. epist. 2, 33 [ferre ⟨ne⟩quiverim *Hagendahl, La correspondance de Ruric., 1952, 106*]); *confunditur* -i(i)t *c.* ne quid *e. g.* Plavt. Merc. 338 Liv. 22, 43, 2. 44, 45, 10 Colvm. 5, 6, 30 Sidon. epist. 2, 13, 2 (*restit. p. 605, 12*); *in var. l. falsa* -unt Pavl. Fest. p. 163 (*v. supra p. 399, 4*).]

*i. q.* *non posse* (*iuncturas* non, nec queo *sim. v. sub* queo). *praevalet usus, quo accedit inf. sive act. (depon.) sive pass., v. sub IA1a, IB praeter 1aα, II* (*fere praes.; inf. perf. act. p. 603, 33. 605, 58 et* Sil. 5, 116); *inf. subaudiri potest sub IA2a. ceterum accedit obi. acc. sub IA1b, enunt. secund. c.* quin (quominus) *p. 605, 34 sqq.* *tertia persona vel inf. usu impers. p. 604, 22 sqq. 605, 10 sqq. 606, 23 sqq., fort. etiam p. 602, 34. alternat c.* neque (non) quire *p. 602, 22. 46 et e. g.* Lvcr. 3, 552 (*554* non quit); *opp.* quire *p. 602, 3. 46. 604, 37. 59. 62,* posse *p. 603, 28. 604, 51 sq. 64. 66 et e. g.* Cic. Cato 28 Hor. sat. 2, 5, 78 Apvl. met. 7, 27, 6. Avson. 14, 25 (369 S.), 36; *syn.* non posse *sim. e. g.* Cic. rep. 6, 19 Lvcr. 3, 606 Qvint. decl. 265, 13 Epit. Alex. 26; *iuxta alia verba notionis negativae, sc.* ignorare *p. 602, 33,* nolle *e. g. p. 603, 23. 34. 604, 42. 605, 40.* *accedunt adv. e. g.* aliter *p. 602, 32. 604, 22. 605, 13. 22,* prorsus (-sum) *vol. X 2, 2158, 17,* satis *p. 605, 39* (*potius ad inf. pendentem spectat p. 602, 1. 3 sqq. 6 sq. 18. 19*). *vocem tractat Moussy apud Fruyt-Moussy, Les modalités en lat., 2002, 133 sqq.*

**I** *formae activae*: **A** *varia exempla*: **1** *quid fieri non possit, indicatur*: **a** *per inf. pendentem*: **α** *act. vel depon.*: ① *-unt animantes eorumve mentes, facultates sim. (dei sim. p. 602, 15. 603, 32, animalia p. 602, 61. 64 sq. 603, 14. 29 sqq., res per prosopop. p. 603, 15); quod aliquid fieri non potest, oritur*: Ⓐ *ex qualibet causa* (*exempla pauca selecta inde a* Plavto): Liv. Andr. carm. frg. 13 partim errant, nequinont Graeciam redire (*cf. l. 19*). Plavt. Amph. frg. 19 qui -as nostrorum uter sit Amphitruo decernere ([*cf. argum. 2, 8* non quit ... d.]. Ter. Ad. 544 -o satis d.). Asin. 504 -on ego ted interdictis facere mansuetem meis (Poen. 442 si -o f. ut abeas. Pseud. 570 si id f. -at, det locum illi, qui queat. Varro Men. 88. *al.*). Capt. 799 -o mirari satis (Trin. 1132 [metuo m. s. *trad.*]. Ter. Eun. 547 -o satis m. neque conicere. *al.* Sall. or. Lep. 2 -o satis m. [or. Macri 8]. *al.*; *cf.* Cato orat. 6 -o desinere mirari eorum audaciam. Colvm. 11, 1, 10 satis admirari -o. Apvl. Socr. 21 p. 169 -o satis mecum reputare et ... admirari, cur *eqs.*). Cist. 129 (*locum fort. spurium om. cod. A*) tacere -o ..., quod tacito usus est (Mil. 265 t. -o solus quod scio. *cf.* Ter. Haut. 320 reticere -o). Merc. 253 hoc quam ad rem credam pertinere somnium, -o invenire (Ter. Hec. 361 -o ... initium ullum i. idoneum. Varro frg. Plin. nat. 36, 91 *in labyrinthum* si quis introierit sine glomere lini, exitum i. -at [*pendet Isid. orig. 15, 2, 36* non valet]. *al.*). 839 ubi qui amici, qui infideles sint -as pernoscere (*cf.* Trin. 92 sunt quorum ingenia atque animos ⟨ne⟩queo [*Acidalius*] noscere [non possum *var. l.*]. Pacvv. trag. 371 *Fortunam* brutam, quia dignum atque indignum -at internoscere. Cic. inv. 1, 55 cognoscere [Ov. met. 11, 467 oculi -unt c. vultus. Stat. Theb. 10, 568 flendi ... causas]). Poen. 1294 ut -o te satis complecti, mi pater! Ter. Hec. 575 vereor Pamphilum ne orata nostra -at diutius celare. 645 -o satis, quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui. Eun. 181 ego impetrare -o hoc abs te (Liv. 43, 16, 3. *cf. p. 603, 73. 606, 21*). Phorm. 240 ita sum irritatus, animum ut -am ad cogitandum instituere. 512 -o exorare, ut *eqs.* (*cf. 489* non queo te e. [-o *var. l.*]). Cato orat. 218$^b$ vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis, quia -unt egere. Titin. com. 24 quae inter decem annos -isti unam togam detexere (*ad hiatum post* decem *evitandum alii aliter em., e. g.* nec quivisti *Ribbeck*). Rhet. Her. 4, 8, 12 -o verbis consequi, iudices, indignitatem rei (Liv. 4, 51, 3 -vere ... c., ut *eqs. al.*; *cf. l. 45*). Cic. Arat. 234 quarum *stellarum* ... -o tortos evolvere cursus (*sim.* Lvcr. 3, 316 quorum ... -o caecas exponere causas). orat. 220 nec ... haec ita sunt arta ..., ut ea ... laxare -amus. Lvcr. 3, 672 cur ... ante actam aetatem meminisse -imus? Varro ling. 5, 5 illa *verba* ... fugitiva (*i. non iam usitata*) secuta sedulitas *doctorum* ... retrahere -it. Sall. Catil. 18, 3 profiteri. Verg. Aen. 9, 497 aliter -o crudelem abrumpere vitam. Hor. ars 87 descriptas servare vices ... cur ego, si -o ignoroque, poeta salutor? *et saepissime.* *?usu impersonali* (*si* -at *recte legitur*): Colvm. 3, 2, 31 prudentis magistri est eiusmodi nomenclationis aucupio, quo potiri -at, studiosos non demorari (-ant *aliquot codd. rec. et pars edd., ut locus ad p. 601, 72 sqq. pertineat*). Ⓑ *ob corpus parum validum, aegrum, defessum, vinctum, sensus parum acutos sim.* (*exempla selecta; cf. e. g. p. 604, 55*): Plavt. Aul. 230 (*senex se ipsum asinum esse fingit, vicinum divitem bovem*) ubi tecum coniunctus siem, ubi onus -am ferre pariter (Ov. epist. 19, 166 [*Hero Leandro*] forsitan ... metuas, ne ... gemini -as f. laboris onus. trist. 3, 10, 65 Cypr. Gall. gen. 1311). Men. 478 -o quae loquitur exaudire clanculum. Mil. 1260 tene me ..., ne cadam ..., quia stare -o. Rud. 493 quo ... properas, Labrax? nam equidem te -o consequi tam strenue. Truc. 525 -o caput tollere, ita dolet ..., neque etiam queo pedibus mea sponte ambulare. Ter. Ad. 520 ita se defetigarit velim *pater*, ut triduo ... prorsum e lecto -at surgere (*cf.* Ov. met. 7, 570 *peste afflicti* multi -unt consurgere. Vvlg. gen. 31, 35 adsurgere -o). Cic. rep. 6, 19 intueri solem adversum -itis (*antea*: non possint). ac. 2, 61 (*in imag.*) quos *philosophos* si sequamur, iis vinclis simus astricti, ut nos commovere -amus (*cf.* movere: Catvll. 16, 11 duros ... m. lumbos. Marcell. med. 25, 21 m. se sine cruciatu). Tusc. 2, 24 (vers., *loq. Prometheus; vertitur Aesch., gr. periit*) vinclis constrictus Iovis arcere -o diram volucrem a pectore. div. 2, 96 cum rho dicere -ret *Demosthenes* (Ov. met. 2, 488 *Callisto ursa facta* ingratum ... Iovem, -at cum d., senti). Lvcr. 1, 601 quod *corpus* nostri cernere sensus iam -unt (2, 314. *al. apud eundem*; *cf. p. 603, 34. 604, 11*). 4, 348 (*312* e tenebris ... quae sunt in luce tuemur) quod contra facere in tenebris e luce -imus. 4, 1254 quibus *viris* ... fecundae saepe -issent uxores parere (*cf. p. 603, 26 sq. et* CE 1438, 7 [*Salonis, saec. IV*] *uxor mortua* nēquivit miserum partu depromere fetu(m) [ne⟨c⟩ q. *Niedermann*]). Varro rust. 3, 16, 8 si -it volare *rex apium.* Sall. Catil. 59, 4 pedibus aeger quod proelio adesse -bat. hist. frg. 3, 40 sustinere (*i. recta tenere*) corpora plerique -euntes (Liv. 22, 60, 23 arma). Alf. dig. 9, 2, 52, 2 si ... mulae retinere onus -issent (*antea*: r. non possint. *cf. p. 603, 27. 606, 9*). Verg. georg. 3, 127 *aquam* ministrant farraque, ne blando -at superesse labori *equus admissarius.* Prop. 3, 11, 4 (*in imag.*) rumpere vincla (*cf.* Amm. 19, 8, 7 vinculi nodum abrumpere -ens). Ov. met. 12, 385 iaculum torsi; quod cum vitare -ret, opposuit dextram *eqs.* Liv. 8, 12, 2 *consul* ipse per valetudinem id bellum exsequi -ierat. *et saepius.*

Ⓒ *ob voluntatem oppositam vel impatientiam*: Plavt. Amph. 882 (*loq. Alcumena*) durare -o in aedibus, ita me ... stupri ... a viro argutam meo! (Lvcr. 4, 717. *cf. p. 605, 44*). Aul. 726 alii laetificantur meo malo et damno: pati -o (Pvblil. P 38 patiendo multa venient, quae -as p. Sall. Catil. 19, 4 imperia ... iniusta. Iug. 102, 13. Liv. 7, 25, 3 hiemis vim. 27, 17, 13 hominum vim atque iniurias. Tac. ann. 1, 31, 1 imperium alterius. *al.*).

[*Reineke*]

Trin. 661 operam perire meam sic ... perpeti -o (CVRT. 4, 10, 29 contumeliam. PLIN. nat. 23, 58 dolorem. HEGES. 1, 1, 2). CAECIL. com. 143 miser est, qui aerumnam suam ⌊-it⌋ occult[ar]e ferre ([occulte *Seyffert*; ⌊ ⌋ nescit *var. l.; v. Questa, Numeri innumeri, 1984, 383sqq.*]. TVRPIL. com. 62 -o f. [neque offerre *trad.*] hunc diutius errare *eqs.* CIC. Tusc. 5, 118 iniurias fortunae, quas f. -as. OV. met. 13, 707 loci ... f. diu -iere ⌊Iovem⌋ [*meton. pro caelo infesto*]. SIL. 10, 331 mens ... quietem f. -it. *al.*). TVRPIL. com. 51 -o esse intus. CIC. rep. 1, 67 ut, si minima vis adhibeatur imperii, *cives* irascantur et perferre -ant (LVCR. 3, 580. *al., v. vol. X 1, 1360, 10sq.*). Lael. 90 ab amico verum audire. SALL. Iug. 86, 5 Metellus conspectum Mari fugerat, ne videret ea, quae audita animus tolerare -verat (STAT. Theb. 4, 503 moram. TAC. ann. 12, 64, 3 *Agrippina filium* t. imperitantem -bat. APVL. met. 9, 23, 4 facinus ... t. -ens fuga me proripui. *al.*). OV. met. 13, 872 ut taurus vacca furibundus adempta stare -it. MANIL. 5, 744 (*per prosopop.*) cui *populo stellarum* si pro numero vires natura dedisset, ipse suas aether flammas sufferre -ret (CE 850, 2 diros ... labores). STAT. Theb. 10, 595 (*loq. Tiresias*) te, ... Thebe, ... -o miser exaudire cadentem. IVV. 3, 42 librum, si malus est, -o laudare et poscere. *al.* *vergit in notionem q. e. recusare, nolle*: CASSIOD. in psalm. 41, 11 l. 274 confessores, qui tormentis variis cedere -verunt. GREG. TVR. Franc. 8, 15 p. 380, 19 *de sua conversione diaconus* -bat exponere vanam ... cupiens gloriam evitare. 9, 10 p. 425, 16 inicite ignem in domo, et si exire -verit episcopus *eqs.* (*antea*: si ... egredire noluerit). *al. apud eundem.* Ⓓ *ob legem naturalem vel fatum* (*cf. etiam e. g. l. 43sqq. p. 604, 9sqq. 49*): PLAVT. Stich. 166 (*loq. parasitus ridicule; cf. 155* famem ego fuisse suspicor matrem mihi) matrem parere -o (*item -unt viri parere*: IVV. 2, 138 [*134* nubit amicus] tormentum ingens nubentibus haeret, quod -ant p. et partu retinere maritos. *cf. l. 35. p. 602, 59*). LVCR. 1, 380 concedere porro quo poterunt undae, cum pisces ire -bunt? 2, 921 ut -ant homines armenta feraeque inter sese ullam rem gignere conveniundo. 6, 836 hic *in regione Averni,* ubi *aves* nixari -unt insistereque alis, scilicet in terram delabi pondere cogit natura. *al.* LVCAN. 6, 823 -unt animam sibi reddere fata. CE 1279, 6 (*Tarracone, saec. III*) fata, quibus -as opposuisse manus. AVSON. 13, 60 (55 S.), 4 (*loq. anus*) *in speculo me* cernere talem qualis sum nolo, qualis eram -o. CYPR. GALL. gen. 670 *filiae Loth* sine coniugibus -ibant edere prolem. Ⓔ *ob legem humanam* (*cf. p. 604, 17sqq.*): COD. Iust. 7, 75, 2 (*a. 232?*) ob ea, quae in dotem data sunt, convenire te creditores -unt ..., nisi *eqs.* Theod. 15, 14, 8 sententias, quas promere -verunt, qui iudicum nomen habere *sub tyranno* non potuerunt, ... iubemus auferri. *al.*

(II) *-unt res* (*exempla pauca selecta inde a* VARRONE): PLAVT. Merc. 338 satin quidquid est, quam rem agere occepi, proprium -it (-id *cod. B*) mihi ⌊evenire quod cupio⌋? (q. c. e. *Lindsay*). CIC. Arat. 118 quorum *arbustorum* -unt radices findere terras. LVCR. 1, 193 uti sine certis imbribus anni laetificos -at fetus submittere tellus. 2, 795 -unt sine luce colores esse. 3, 788 (= 5, 132) animi natura -it sine corpore oriri sola. 5, 89 (= 6, 65) *homines* ignari, quid queat esse, quid -at. *et saepius.* VARRO AT. carm. frg. 20 humor *harundinis,* dulcia cui -ant suco contendere mella. VARRO rust. 1, 31, 2 ne ... sarmentum -at ministrare sucum. 2, 4, 5 quod dentes *luporum* fervorem carnis ferre -ant. HOR. sat. 1, 1, 107 sunt certi ... fines, quos ultra citraque -it consistere rectum. 2, 4, 87 quae nisi divitibus -unt contingere mensis (-ant *var. l.*). COLVM. 1 praef. 1 effetum solum -ire pristina benignitate praebere mortalibus alimenta. QVINT. inst. 2, 9, 3 eloquentia coalescere -it, nisi sociata tradentis accipientisque concordia. *et saepe.*

**β** *pass. personalem*: Ⓘ *respiciuntur causae variae*: Ⓐ *subi. sunt animantes eorumve corpora, animi sim.*: PLAVT. Capt. 592 iam -o contineri (*cf. p. 605, 45*). Most. 198 si dictis -is perduci, ut vera haec credas mea dicta. PS. SALL. rep. 2, 4, 2 quom ... importunissima genera hominum tot miserorum civium sanguine satiari -iere. VERG. Aen. 1, 713 expleri mentem -it *Dido* (8, 265. 8, 618 ille ... e. -it atque oculos per singula volvit. LIV. 5, 10, 10 comitiis tribunorum plebis numerus e. -iit. VAL. FL. 4, 323). OV. met. 2, 821 *partes corporis* -unt ... moveri (LIV. 21, 56, 9 m. -bant prae lassitudine ac vulneribus. 33, 18, 17. SEN. epist. 94, 50 ut *animus* m. -at, nisi in rectum). LIV. 5, 31, 5 propter famem pestilentiamque ... exercitus duci -vit (PAVL. FEST. p. 369 eos ..., qui funebri pompa d. propter inopiam -unt). *et saepe.* Ⓑ *subi. sunt res* (*exempla selecta post* LIV.): VARRO ling. 9, 108 in verbis temporalibus quo⟨m⟩ similitudo s⟨a⟩epe sit confusa, ut discerni -at. PS. SALL. rep. 2, 9, 2 *membra corporis,* quae honest[a]e nominari -unt. HOR. sat. 2, 7, 106 quae parvo sumi (*i. emi*) -unt obsonia. LIV. 2, 7, 9 *nullane* adeo vobis spectata virtus erit, ut suspicione violari -at? 4, 9, 6 cum res peragi intra parietes -isset, ventum in ius est. 30, 40, 13 si pax cum Carthaginiensibus componi -isset. 32, 30, 8 id ... impetrari -iit (VAL. MAX. 7, 5 pr. patientia quaeri debere, quod gratia i. -ierit). 44, 35, 12 iacula ... in tenebris, ubi quid petatur procul provideri -at, inutilia esse. *al.* VAL. MAX. 1, 6, 10 abrupto capite *simulacri* et ita infixo humi, ut avelli -ret. COLVM. 2, 4, 7 iusta (*i. opera necessaria*) ... fieri -unt, cum induruit ager (LACT. ira 5, 11. BOETH. mus. 2, 23 p. 256, 9 quod f. -it. *cf. l. 12*). PLIN. nat. 7, 21 arbores ... tantae proceritatis traduntur, ut sagittis superiaci -ant (*inde Sol. 52, 46* ne ... possint). VEG. mil. 2, 25, 5 flumina, sine pontibus quae vadari -unt. *et saepissime.* Ⓒ *subi. est enuntiatum*: SIDON. epist. 2, 13, 2 dici -it, quantum *eqs.* BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 191, 1 ut non scinderetur *tunica scissa* ..., fieri -bat (*postea opp.* fieri poterat).

(II) *respicitur lex naturalis*: LVCR. 1, 172 -unt ex omnibus omnia gigni, quod certis in rebus inest secreta facultas. 1, 268 -unt oculis rerum primordia cerni. 2, 539 India ... vallo munitur eburno, ut penitus -at penetrari. 3, 347 discidium *animae et corporis* ⟨ut⟩ -at fieri sine peste maloque (5, 729. ARNOB. nat. 6, 19 p. 332, 9sqq. quae sunt ... singularia ... naturā, multa f. -unt, et hōc amplius [11] ⌊-unt⌋, si hominum formas dii habent [⌊ ⌋ *ad l. 46sqq.*]). *al.* OV. met. 1, 409 *in lapidibus* quod solidum est flectique -it, mutatur in ossa.

(III) *respiciuntur leges humanae*: PAPIN. dig. 12, 7, 5 pr. cum pecunia, quae daretur, in dotem converti -ret. COD. Iust. 3, 32, 9 (*a. 283*) indubium erit *ancillam* vindicari ab uxore tua -visse. 6, 2, 12 pr. (*a. 293*) ancillae subtractae partus apud furem editi, priusquam a domino possideantur, usucapi -unt. *al.*

**γ** *pass. impers.*: SALL. Iug. 108, 2 ab insidiis eius *hostis* aliter caveri -visse. ARNOB. nat. 6, 26 p. 340, 21 ut ... iri obviam -at multitudini noxiorum. AMM. 17, 5, 14 cum ambigi -at. 27, 9, 10 cum aviditati multorum ... occurri -ret.

**b** *per obi. acc., sc.*: **α** *pron. neutr.*: Ⓘ *quo verbum quoddam in contextu occurrens vel excipitur vel anticipatur*: PLAVT. Trin. 487 *cogita* id optumum esse, tute uti sis optumus; si id -as (*i. optimus esse*), saltem ut optumis sis proxumus (LIV. 8, 31, 6 si posset, in omnes saeviturum fuisse; quia id -at, in unum saevire. APVL. apol. 33, 4 amicis meis negotio dato ..., ut ... ipsum *piscem* vivum, si id -ierint, vel mortuum ostendant. IVST. 5, 3, 8 urbem prodere ... temptavere, dein, cum id -issent *eqs.; cf. p. 605, 16*). TER. Ad. 76 hoc patriumst ... consuefacere filium sua sponte recte facere ...; hoc qui -it, fateatur nescire imperare liberis (OV. met. 9, 503 aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor [*i. amor*] aut, hoc si -o, peream). (II) *cetera exempla*: LVCR. 1, 587 quid quaeque *res* queant per foedera naturai, quid porro -ant, sancitum ... extat. VAL. FL. 5, 670 (*si recte legitur*) fas aliquid -at sit femina (*i. fas sit eqs.*; aliquae -at sic *codd., alii alia coni.*). TER. MAVR. 178 hoc u *littera,* simili si fuerit loco *atque i littera,* -bit. BOETH. cons. 4, 2, 22 quin naturalis officii, *i. eundi,* potens eo, qui idem -at, valentior sit, nullus ambigat.

**β** *subst.*: ITIN. Alex. 38, 84 datis incolis, quos ... vulnera deprecabantur, id est militiam nolentibus aut etiam -euntibus.

**2** *quid fieri non possit, e contextu colligitur*: **a** *ita ut intellegere possis inf. verbi cuiusdam, quod prope invenitur; verbum q. e.* -ire *occurrit*: **α** *in quibuslibet structuris*: PLAVT. Most. 896 tibi obtemperem, cum tu mihi neque[e]as? (CATVLL. 68, 32 ignosces ..., si ... haec tibi non tribuo munera, c. -o. LVCR. 6, 1073 vitigeni latices aquai fontibus audent misceri, c. pix -at gravis et leve olivum). Stich. 564 senex ... voluit, si posset, indipisci de cibo; quia -it *eqs.* LVCR. 1, 76 *Epicurus* refert ..., ⌊quid possit oriri, quid -at⌋ (= 1, 595). 5, 836 quod *terra* ⌊tulit ut⌋ -at, possit quod non tulit ante (⌊ ⌋ *Bentley,* potuit *codd., alii alia coni.; locum interpol. esse putat Deufert*). HOR. sat. 1, 3, 77 quatenus excidi penitus vitium irae, cetera item -unt stultis haerentia. LIV. 21, 58, 9 tanta ... vis frigoris insecuta est, ut ..., cum se quisque attollere ac levare vellet, diu -ret. *al.* *loci propter metrum mendosum dubii*: CAECIL. com. 177 vivas ut possis, quando ⌊-is⌋ ut velis (⌊ ⌋ -it *var. l., quod ad p. 605, 10sqq. pertineret*; non quis *Fabricius,* nec quis *Ribbeck, alii alia; cf. Otto, Sprichw. n. 1456*). ACC. trag. 620 nam si a me regnum Fortuna atque opes eripere quivit, at ⟨ea⟩ virtutem -it (*ita em. Leo*; non quiit *Stephanus,* nec quiit *Ribbeck*). **β** *in enuntiatis condic.*: PLAVT. Merc. 636 ubi habitaret invenires saltem, si nomen -is. TER. Eun. 75 ut te redimas captum quam queas minimo; ⌊si -as paullulo, at quanti queas⌋ (*inde sim.* QVEROL. p. 33, 11). VARRO rust. 1, 12, 2 vendas *fundum* quot assibus possis aut, si -as, relinquas. OV. ars 2, 633 quidam ... nulli *puellae* non se concubuisse ferunt; corpora si -unt, quae possunt, nomina tangunt. LIV. 3, 40, 4 rem publicam, si a volentibus -at, ab invitis ius expetituram. 26, 30, 10. POMP. TROG. hist. Iust. 38, 4, 2 adversus latronem, si -ant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere. SEN. Herc. O. 438 (*loq. nutrix et Deianira*) perimes maritum? ... ferrone? :: ferro. :: si -is? :: perimam dolo. *al.* **γ** *in responsis*: PLAVT. Merc. 672 quin īs ocius? :: -o, mecastor, tantum hoc onerist quod fero. TER. Phorm. 983 retine *fugientem* ... :: enim -o solus, accurre. AVSON. 13, 103 (92 S.), 7 scribe elegos. :: -o, Musarum et Apollinis expers. **δ** *in enuntiatis relat.*: PLAVT. Most. 863 (*de textu dubitatur*) *servi fugitivi* faciunt ⌊de⌋ (a *trad.*) malo, peculio quod -unt. LVCR. 2, 386 fulminis ignem

[*Reineke*]

... transire foramina, quae -it ignis noster. Varro ling. 7, 4 de originibus verborum qui multa dixerit commode potius boni consulendum, quam qui aliquid -ierit reprehendendum. rust. 1, 68 *sorbum* domi maturitatem adsequi vult, quam -it in arbore. Sall. or. Cottae 5 pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam -o, concesserim. Liv. 2, 12, 15 ut beneficio tuleris a me, quod minis -isti. 6, 37, 7 lege obtinendum esse, quod comitiis per gratiam -at. Svet. Iul. 24, 1 cum ... consulatūs candidatus palam minaretur consulem se effecturum, quod praetor -isset. *al.*

**b** *cetera exempla*: **α** *usu impersonali* (*pron. neutr. ponitur pro subi. l. 16. 19; cf. var. lect. p. 604, 57*): Acc. trag. 369 iam potero; incipiam et, si -it (-id *codd.*), vi contendam, ut *eqs.* Sen. Ag. 199 (*Clytemestra ad se ipsam*) quid, misera, cessas? ... per tuum, si ˻aliter˼ -it, latus exigatur ensis et perimat duos (*sc. et C. ipsam et Agamemnonem*; ˻ ˼ aliquid *et* aliud *var. ll.*). Apvl. met. 9, 29, 3 alterum de duobus postulans *mulier a saga*: vel rursum mitigato conciliari marito vel, ˻si id -verit˼, certe ... diro numine immisso violenter eius expugnari spiritum (˻ ˼ *nisi intellegas 'si saga id, sc. conciliare, -verit', ita ut locus ad p. 604, 26 sqq. pertineat*). Ter. Mavr. 886 hanc *m litteram* ... Graecus ... *n litterae* sic praeficit ..., Latine quod -ire diximus (*sc.* mn- *in initio vocis poni*; Latinum *coni. van Lennep, ita ut locus ad 1b pertineat*). **β** *usu personali*: Varro rust. 1, 41, 5 potius ... surculos de ficeto quam grana de fico expedit obruere, praeter si aliter -as (*sc. facere*). Prop. 3, 9, 5 turpe est, quod -as (*sc. ferre sim.*), capiti committere pondus. Ov. met. 8, 506 (*loq. Althaea*) ˻et cupio et -o˼: quid agam? (˻ ˼ *sc. filium, qui fratres meos occiderit, vita privare*). Liv. 32, 6, 5 Villium ..., quia recto itinere -verit (*sc. ire sim.*) omnibus ... insessis, secutum vallem *eqs.* *fort. etiam in acrostichide* (*nisi casu orta*): Lvcan. 2, 604 sqq. (*antea in initiis versuum 600 sqq.*: ipse) neq(u)it (*agitur de Pompeio; v. Kersten, Rhein. Mus. 156, 2013, 161 sqq.*).

**B** *structurae selectae, ubi negatio altera accedit* (*intellegi potest l. 71. p. 606, 5; exclusimus* nisi [*v. e. g. p. 603, 50. 53*] *et formam* ne -at *sim. praeter p. 606, 7 infra* [*v. e. g. p. 602, 18. 42. 65. 603, 48*]): **1** *negatio spectat ad struct. pendentem, ita ut indicetur aliquid evitari vel impediri non posse, fieri debere*: **a** *c. coniunct.* quin (quominus *l. 52. 57*): **α** *forma mera* -ire quin (*cf.* possum *vol. X 2, 137, 59 sqq. et v. Fleck, Latomus 65, 2006, 34 sqq.*): Plavt. Men. 190 -is q. eius *uxoris* aliquid indutus sies. Mil. 1342 -o q. fleam, quom abs te abeam (*cf.* Ter. Hec. 385 -o q. lacrimem miser). Persa 824 -o, leno, q. tibi saltem staticulum. Truc. 553 satin, si quis amat, -it q. nihili sit *eqs.*? Avr. Fronto p. 249, 12 nolo quicquam dicere ..., ac tamen -o q. dicam. Apvl. apol. 48, 5 sollertiam tuam ... -o q. laudem. flor. 17, 22 -o q. ex plurimis, quae in te ... admiramur, ex his plurimis q. vel paucissima attingam. **β** *forma* -ire *c. inf. et* quin (*cf. p. 606, 9; inf. indicat actum abstinendi, cohibendi sim. praeter l. 48 sq.*): Plavt. Curc. 175 -o durare, q. ego erum accusem meum (Mil. 1249 d. -o, q. eam intro). Men. 253 -o contineri, q. loquar. Trin. 641 ˻retineri˼ -o, quin dicam ea, quae promeres (˻ ˼ *cf. p. 606, 9*). Lvcr. 6, 1013 (*agitur de lapide magnete*) corpora si -unt e ferro plura coorta in vacuum ferri, q. anulus ... sequatur. Varro ling. 9, 16 quae *verba* ... sunt ita, ut in praesentia corrigere -as, q. ita dicas, his oportet ... non uti. Liv. 34, 31, 2 imperare animo -vi (-o *codd.*), q., priusquam perirem, cur periturus essem, scirem. Vell. 1, 16, 1 -o ... temperare mihi, q. rem saepe agitatam animo meo ... signem stilo (Plin. nat. 18, 41 quominus unum exemplum ... adferam). Tac. ann. 11, 34, 3 Vibidiam depellere -vit, q. multa cum invidia flagitaret, ne *eqs.* Svet. Tib. 21, 3 adduci ... -o, q. existimem ... principem ... nihil temere fecisse. 44, 2 fertur ... -isse abstinere, q. ... *ministrum* constupraret. Paneg. 12, 1, 3 cohibere me silentio -o, quominus ... aliquid coner effari.

**b** *forma* -ire non (nil) *c. inf.*: Ov. met. 9, 626 -o nil commisisse nefandum (*i. quae feci, non possum infecta facere*). Fronto p. 164, 14 factum Nigri mei, quod inprobabam, non reprehendere -bam.

**2** *negatio spectat ad ipsum verbum* -ire, *ita ut indicetur aliquid fieri posse*: **a** *varia exempla*: Catvll. 4, 4 *phaselus* ait fuisse navium celerrimus neque ullius natantis impetum trabis -isse praeterire (*locum imitatur* Verg. catal. 10, 4 [*de mulione*] neque ullius volantis impetum cisi -isse praeterire). Vell. 1, 16, 5 quid ... clarum in oratoribus fuit? adeo quidem artatum angustiis temporum, ut nemo memoria dignus alter ab altero videri -verint. **b** *forma* nihil est ..., quod -at *sim. c. inf.*: Cic. ac. 1, 27 cum sit n. omnino in rerum natura minimum, q. dividi -at. div. 2, 139 n. est ..., de quo cogitare -amus. Ov. fast. 5, 540 quam -am ... vincere, nulla fera est. Avell. 84, 2 n. est, q. ita -at occasui subiacere quam vera religio. *sim. in interrog., sc. subaudito responso negativo*: Avg. civ. 19, 4 p. 357, 8 quid horum *malorum* est, quod -at in carnem sapientis inruere? **c** *forma* non ..., ut -at *c. inf.*: Vvlg. Is. 59, 1 non est adbreviata manus domini, ut salvare -at. Clavd. 26, 383 non ita Romanum fati violentia nomen opprimit, ut vestros -at punire tumultus.

**3** *negatio duplex pro simplici ponitur, sc. ita ut pro verbo* -ire *substitui possit* quire *vel* posse: Colvm. 8, 14, 2 (*si recte legitur*) *anseres* sine isto primordio (*i. aqua*) non magis quam sine terreno recte vivere -unt (queunt *codd. rec. et pars edd.*). Arnob. nat. 7, 9 p. 352, 17 maleficia ... tanta, quanta ˻vix˼ explicari decem milibus -ant ... dierum (˻ ˼ *del. Reifferscheid, def. Löfstedt, Arnobiana, 1917, 62*). Vitae patr. Iurens. 48 custodire ... montis ... angustias, ne ... in reditu ... -ret ... invadi *sanctus.* Anth. 794, 56 (*fort. medii aevi*) Protea multiplicem solet ars retinere, sed illas *mulieres,* quin elabantur, nil retinere -it (valet *coni. Bonnet*).

**II** *formae pass., sc. non nisi* -itur, -batur, -tum *vel* -tum est (*cf. p. 601, 17 et* Fest. p. 162 '-tum' et '-itur' pro non posse dicebant [*affert l. 15. 24*]. Gloss. -itur: non potest fieri. fieri non potest. male conatur. *pendere solet inf. pass.* [*act. trad. l. 26, in var. lect. l. 22*]): **A** *usu personali*: Plavt. Rud. 1064 ut -itur comprimi! (*sc. ut taceat*). Sat. frg. 2 retrahi -itur quoquo progressa est semel. Cato orig. 24 id *fanum Termini* -tum exaugurari (*ad rem v. Liv. 5, 54, 7* Iuventas Terminusque ... moveri se non passi). Sall. Iug. 31, 8 quicquid sine sanguine civium ulcisci (*pass.*) -itur, iure factum sit. Apvl. apol. 92, 7 virginitas, cum semel *pro dote* accepta est, reddi -itur. Sol. 7, 13 *lapidi* asbesto nomen est ..., qui accensus semel extingui -itur (*inde* Prisc. perieg. 417 qui tacto accensus ab igni e. nĕquĭtur). Dict. 2, 21 per vim extorquere, quod amice impetrari -tum est (impetrare *var. l., ut* Heges. 2, 4 p. 138, 18). Greg. Tvr. Iul. 23 p. 574, 25 *sudis* defixus plantae *hominis* ... extrahi -batur. **B** *usu impersonali*: Pacvv. trag. 390 sed cum contendi -tum ˻vi˼, clam tendenda est plăga (-itur *Ribbeck dubitanter*; ˻ ˼ *Scaliger,* ut *trad.*). Heges. 5, 21, 3 p. 346, 4 *mortuos* de publico aerario sepeliri *iusserunt* ...; sed ubi occurrere -tum, tunc de muro defunctorum reliquias ... deiciebant (-unt *var. l.*; *sunt qui* occurri -tum *postulent, v. Neue-Wagener*[3] *III 626; gr. 5, 518* ὡς οὐ διήρκουν).

*part. praes.* **nequiēns,** -euntis *pro adi., i. q. impossibilis*: Agenn. grom. p. 29, 21 controversiarum status invicem habent transcendentia⟨s⟩ aut necessarias aut que[e]untes aut -e[e]untes, saepe interibiles (*sing.* -iens *legitur* p. 29, 26. 28. 30, 2 [*ubi in cod. corrupte* nequeenim ..., neque his ..., neque]). *Reineke.*

**nēquīcquam** *v.* nequiquam *l. 46 sqq.*

**nēquid** *v.* 4. ne, *imprimis p. 316, 63 sqq.*

**nēquidquam** *v.* nequiquam *l. 52.*

**nequiēns** *et* **nequinont** (-unt) *v.* nequeo. **nēquior** *v.* nequam.

※**nēquīquam** *adv.* [*vox composita e particula* 4. nē *et* quīquam (*i.* quī < *$k^w$i-$ə_1$ [*instr. pronominis* quis, quid] *'quī, quomodo' et stirps pron.* quam < *$k^w$e$ə_2$ *suffixa* *-m *'quī'; cf.* quisquam). *cf. Walde-Hofmann II 150; Dunkel, Lex. der indogerm. Partikeln II, 2014, 459. 464. Mei.*] *de origine*: Virg. gramm. epist. 4, 5, 2 (*antea v. p. 560, 24*) -m ... et nequiter, sic ambo ex 'nequam' veniunt, sicut multis Latinorum videtur. *scribitur* nequiq- *passim in codd. vet. et rec.* (*v. Neue-Wagener*[3] *II 637*), nequeiq- Ps. Sall. rep. 1, 8, 2, nequicq- *in codd. vet. e. g.* Plavt. Men. 123 (*A, ut* Most. 290. 1176). Verg. georg. 1, 192 (*M, ut ante corr.* Aen. 2, 515. 546. 5, 433). Aen. 2, 510 (*P, ut* 2, 515. 4, 209. 5, 81. *al.*). Cels. dig. 12, 1, 42 pr. (*F ante corr.*). Lact. inst. 5, 2, 2 (*B*) *et saepe in codd. rec., ceterum* necquicq- Lvcr. 2, 1148 (*Q*). Verg. georg. 1, 403 (*M ante corr.*). Apvl. met. 1, 26, 6 (*F*). Lact. inst. 5, 2, 2 (*M*), necquiq- Lvcr. 2, 1148 (*O*). 4, 1110 (*Q*). Apvl. met. 4, 24, 1 (*F*), nequidq- Liv. 42, 42, 6 (*V*). Not. Tir. 10, 42 -m. *de notione* (*commentarii aut* frustra, *e. g. p. 608, 9. 30. 609, 48, aut falso pro negatione* non, *e. g. p. 607, 33. 40. 54. 608, 7. 609, 10 [cf. p. 607, 31], interpretantur; de differentia inter* -m *et* nequaquam *v. p. 561, 53*): Fest. p. 164 -m significare idem quod 'frustra' plurimis auctorum exemplis manifestum est. Virg. gramm. epist. 4, 5, 3 *v. p. 560, 30.* Synon. Cic. p. 426, 1 frustra. incassum. -m (nequa- *trad.*). inane. supervacuo. sine causa. Gloss. -m: μάτην, οὐδὲ ὅλως (*explicari vid.* nequaquam). ματαίως. εἰς οὐδὲν δέον. frustra, sine causa. V 374, 21 -m (nequa- *var. l.*): holunga (*anglosax.*). Gloss.[L] I Ansil. ne 368 sq. -m: in cassum, in vacuum. sine effectu, sine emolumento. 371 sine causa, inaniter. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* Plavto, Enn., Caecil., Ter., Pacvv., Afran., *in orat. soluta inde a* Cic., *evanescit in aetate posteriore; quotiens* frustra *et* -m *a scriptoribus usurpentur, ex tabula vol. VI 1, 1429, 60 sqq. inserta apparet* (*ubi numeros* -m *corrigas*: Varro 2, Cic. *orat.* 1, *phil.* 0, *epist.* 1, Catvll. 7, Verg. 41, Ov. met. 14, Liv. 115, Colvm. 1, *iuris consulti* 1, Apvl. 6, Avien. 1; *addas* Clavd. 6). [*confunditur in codd. c.* nequaquam *l. 60. p. 609, 13. 28. 610, 43 et e. g.* Stat. Theb. 9, 365 Avien. orb. terr. 1236 Dares 34 (*restit. l. 58 et* Avien. Arat. 659; *cf. p. 609, 66*); *in falsa var. l. pro* nec quicquam Ov. met. 2, 566 Manil. 3, 668, nec quiquam *p. 609, 2.* *arceas* ne quicquam, *v. p. 312, 50 sqq.* (*ubi addas* Cic. Tusc. 3, 18 *p. 610, 50*), nec quicquam Carm. de Iona 34, ne quiquam CE 1339, 10 (*cf. p. 607, 58*).]

**I** *fere i. q. frustra, sine ullo usu, in irritum sim.* (*in figura q. d. litotes negatur e. g. p. 607, 10 sqq. 49. 610, 21 sqq. [ironice de actione poenam*

[Sx.]

*merente l. 10sq. p. 608, 21, sed de actione deae remunerantis l. 29]; coniungitur c.* sero *l. 19. p. 608, 22 et* Liv. 9, 12, 1. 31, 29, 14, frustra *p. 608, 68. 610, 18; ponitur per variam abundantiam e. g. l. 22. p. 608, 6. 49. 66. 609, 2, determinat per abundantiam actionem ad irritum cadendi sim. ipsam vel statum ita effectum, e. g. l. 22. 39. 42. 64. p. 609, 58*): **A** *de actione sim., quae effectu (prospero) caret, sine emolumento, in vanum fit*: **1** *pertinet ad verbum praedicati vel enuntiatum*: **a** *adverbialiter*: **α** *quolibet usu*: ① *exempla varia; cum verbis*: Ⓐ *quibuslibet*: ① *non accedente enunt. condic.* (*exempla selecta inde a* Lvcano): Plavt. Asin. 698 (*ironice*) ne istuc -m dixeris in me tam indignum dictum, vehes pol hodie me! **(**Bacch. 701 [*ironice*] emungam hercle hominem probe hodie, ne id -m dixerit. Most. 252 ob istuc verbum, ne -m … tam lepide dixeris, dabo aliquid hodie peculi**)**. Bacch. 133 iam perdidisti … operam meam, qui tibi -m saepe monstravi bene. Poen. 510 -m hos procos mihi elegi loripedes, tardissumos. 802 non sum -m miles factus: paululum praedae intus feci. Rud. 438 dabitur tibi aqua, ne -m me ames. *al.* Enn. scaen. 273 qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, -m sapit. Cic. Quinct. 79 quid taces? dic … diem; pudet dicere; intellego; verum et sero et -m pudet. Tusc. 3, 59 (vers.) quae, *sc. dolor, mors,* generi humano angorem -m adferunt; reddenda terrae est terra …; sic iubet Necessitas (*vertit Eur. frg. 757 Nauck*[2] *τί ταῦτα δεῖ στένειν κτλ.*). Catvll. 64, 111 *Minotaurum* -m vanis iactantem cornua ventis. 65, 17 ne tua dicta vagis -m credita ventis effluxisse meo forte putes animo. 101, 4 ut … mutam -m alloquerer cinerem, *sc. fratris.* Sall. Catil. 58, 2 quem neque gloria neque pericula excitant, -m hortere: timor animi auribus officit. Iug. 62, 9 multis magnisque praesidiis -m perditis de integro bellum sumit. or. Cottae 14 multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores; quos -m abnuitis et pacis opulentiam quaeritis. Verg. georg. 1, 96 neque illum *agricolam impigrum* flava Ceres alto -m spectat Olympo (*sc. remuneratura, v. Thomas, comm. 1988, ad l.; vix recte* Serv. id est 'non sine causa'; nam semper duae negativae unam confirmativam faciunt). 1, 403 de culmine summo -m seros exercet noctua cantus (*varie intellegunt docti; falso explicat* Serv. non). Aen. 2, 510 *Priamus senex* arma … circumdat -m umeris et inutile ferrum cingitur **(***cf.* 9, 364 *Euryalus cingula* haec rapit atque umeris -m fortibus aptat [Serv. non fruiturus; et est '-m aptat', non '-m fortibus'. Clavd. Don. *ad loc.* p. 237, 12 sqq. *sive* 'umeris -m f.' … *sive* 'umeris f. inposuit -m']. 11, 536 graditur bellum ad crudele Camilla … et nostris -m cingitur armis**)**. 2, 546 telum … inbelle sine ictu coniecit, rauco quod protinus aere repulsum et summo clipei -m umbone pependit **(***falso explicat* Serv. non [*affert p. 608, 51*]. *addit* auct. telum repulsum ne summatim quidem haerere potuit, ut penderet**)**. 3, 677 genus … Cyclopum … ruit ad portus …; cernimus adstantis -m lumine torvo *Cyclopes* (*item c. verbo standi p. 609, 49. 58*). 3, 711 me, pater optime, … deseris, heu tantis -m erepte periclis! (Val. Fl. 1, 287 *Helle* heu saevae -m erepta novercae!). 5, 81 salvete, recepti -m cineres animaeque … paternae! non licuit … tecum … quaerere Thybrim (Ciris 517 infelix virgo -m ⟨a⟩ morte recepta). 5, 256 *Ganymede rapto* longaevi palmas -m ad sidera tendunt custodes. 7, 589 ille *Latinus* velut pelago rupes immota resistit …; scopuli -m et spumea circum saxa fremunt. *al.* Ciris 155 non … -m ⌊periurasses⌋ (iura piasses *trad.*). 315 saepe … -m … mori me velle negavi, ut tibi … glomerarem flammea *eqs.* Hor. carm. 1, 15, 13 (*Nereus Paridi*) -m … pectes caesariem (*cf.* 1, 15, 16 -m thalamo gravis hastas … vitabis). epist. 1, 3, 32 male sarta gratia -m coit et rescinditur (*perperam* Porph. -m pro 'non', ut Vergilius [*affert l. 39. p. 609, 10*]). Prop. 2, 4, 5 -m *sunt* perfusa meis unguenta capillis *eqs.* Ov. met. 4, 78 *Pyramus et Thisbe per rimam* talia diversa -m sede locuti sub noctem dixere 'vale' *eqs.* 12, 559 *Periclymenus* ubi -m est formas variatus in omnes *eqs. al.* Liv. 4, 24, 3 tum dictator, ⌊ne -m⌋ creatus esset, … aliquid operis edere … cupiens *eqs.* (⌊ ⌋ ne quiquam *var. l.*). 10, 4, 10 *ut* detegant -m conditas insidias. 33, 1, 8 texerunt dolorem, quem et -m et non sine periculo ostendissent. 43, 23, 6 Appius -m in his locis terens tempus. *et saepe.* Gratt. 233 *ne canis* levem praedam … amplexus primos -m effunderet actus, *i. venatum priorem.* Val. Max. 9, 10 ext. 1 *quendam* hastā -m petierat. Phaedr. 2, 5, 24 non multum egisti et opera -m perit. Colvm. 4, 27, 6 eos, qui … steriles -m matrem opacant, palmites detergere. Lvcan. 2, 491 nec plura locutus devolvit rapidum -m moenibus agmen; nam *eqs.* Val. Fl. 4, 139 virum … venientem … vidit … paciferaeque manu ⌊-m insignia⌋ virgae, *sc. tenentem* (⌊ ⌋ *vix iungas, v. Spaltenstein, comm. 2004, ad l.*). 5, 198 tumulo -m condita inani *Helle* (*quae dea facta est*). 7, 197 *Medea* absenti -m talia fatur. Sil. 9, 43 *mater* nati … tepentes -m fovet extremis amplexibus artus (*item tractantur mortui tamquam vivi*: Stat. Theb. 3, 131 spicula dextra -m parcente trahunt). Stat. Theb. 11, 206 *Eteocles* sacra Iovi merito … pro fulmine … -m Danaos ratus exarmasse ferebat, nec *Iuppiter* … divumque has ullus ad aram, sed … Tisiphone … adstat. Cels. dig. 12, 1, 42 pr. si decem petiero a Titio, non liberatur Seius, alioquin -m mihi cavetur: at si iudicatum fecerit Titius, nihil ultra Seius tenebitur. Prvd. ham. 818 *columbarum* pars captiva iacet … et saucia … volucres -m suspicit auras. *al.* ② *accedente enunt. condic.*: *c.* si (*cf. l. 26. p. 609, 68*): Plavt. Most. 290 poste[a] -m exornatast bene, si moratast male. Ps. Brvt. Cic. ad Brut. 24, 5 -m perierit *Caesar* …, ⟨si⟩ nulla cura adhibetur. Verg. georg. 1, 192 at si luxuriā foliorum exuberat umbra, -m pinguīs paleā teret area culmos (*vix recte c. adi. iungit* Serv. non pingues, id est sine frugibus). Hor. carm. 1, 3, 21 -m deus abscidit … Oceano dissociabili⟨s⟩ terras, si tamen … rates transiliunt vada (Porph. frustra). Liv. 6, 14, 4 tum vero ego … -m … Capitolium … servaverim, si … commilitonem … meum … in servitutem … duci videam. *al.* *c.* nisi, ni (*cf. l. 61*): Sall. Catil. 20, 2 ni virtus fidesque vostra spectata mihi forent, -m opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent. Liv. 38, 12, 4 ut -m Antiochus emotus ultra iuga Tauri montis esset, n. frangerentur opes Gallorum. 39, 25, 12 n. provideant aliquid Romani, quo … audacia Philippo minuatur, -m et illum victum et se liberatos esse. Cvrt. 3, 2, 11 ego, n. nunc *verum* dixero, alias -m confitebor. Qvint. inst. 8, 2, 2.

Ⓑ *cupiendi, quaerendi, postulandi sim.*: Plavt. Asin. 84 cupis id, quod cupere te -m intellego (Hor. sat. 2, 7, 27 haeres -m caeno cupiens evellere plantam). Cas. 569 (*ironice*) quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo, ne me -m sibi hodie advocaverit, *sc. in iudicium.* Ter. Haut. 344 age modo: hodie sero ac -m voles (Ps. Sall. rep. 1, 8, 2. Verg. Aen. 12, 909 *somniantes* -m avidos extendere cursus velle videmur. *cf. p. 609, 32*). Afran. com. 172 nullam … accessi ad aram, quin deos suppliciis … obsecrans -m defetigarem (*cf.* Lvcr. 4, 1239 *homines* -m divum numen sortisque fatigant; nam *eqs.*). Caes. civ. 1, 1, 4 si *senatus* cunctetur …, -m eius *Pompei* auxilium, si postea velit, senatum imploraturum (Sall. Catil. 52, 29 Liv. 32, 21, 17. *al.*). Verg. Aen. 5, 860 *Palinurum* socios -m saepe vocantem **(**[Clavd. Don. *ad loc.* p. 529, 24 clamabat … ille socios frustra]. Ov. met. 10, 3**)**. 10, 553 *hostis* caput orantis -m et multa parantis dicere deturbat terrae (Ov. am. 1, 6, 27). Ov. met. 5, 438 pavidae -m filia, *i. Proserpina,* matri omnibus est terris … quaesita (Liv. 4, 12, 3 causa seditionum -m a Poetelio *tribuno plebis* quaesita. 5, 6, 10 quae *praesidia Veientes* -m in Etruria quaerunt. *al.*). 14, 398 clamato saepe per agros -m Pico nullaque in parte reperto. fast. 6, 108 *nympha* -m multis saepe petita procis (Liv. 24, 25, 4 -m palam atque aperte petitum regnum. *al.*). *al.*

Ⓒ *conandi, temptandi sim.* (*aliter p. 609, 5*): Pacvv. trag. 45 piget … me conatum hoc -m itiner **(**Varro Men. 423 ⌊-m⌋ saepe aeratas manuis conpedes conor revellere [⌊ ⌋ *Lachmann,* nequem- *trad.*]. Liv. 7, 7, 7. *al.* Val. Max. 2, 6, 8 l. 552**)**. Verg. Aen. 7, 373 *Amata* his … -m dictis experta Latinum contra stare videt. 11, 716 vane Ligus frustraque animis elate superbis, -m patrias temptasti lubricus artis (Liv. 8, 33, 2 silentio -m per praeconem temptato. *al.* Lvcan. 10, 104 -m duras temptasset Caesaris aures. *al.; cf. p. 609, 47*). Sil. 10, 253 collapso … super -m incumbere coeptat (*cf.* Tac. hist. 2, 24, 1 angebant Caecinam -m omnia coepta). 10, 487 multa adeo -m ausi (10, 596 Oros. hist. 5, 19, 5). *al.*

Ⓓ *querendi, lamentandi* (*exempla certiora*): Catvll. 64, 164 quid ego ignaris -m conquerar auris? Epiced. Drusi 166 lacrimae sua verba sequontur, oraque -m per modo questa fluunt. Pers. 2, 51 donec deceptus et exspes -m ⌊fundo⌋ suspiret nummus in imo (⌊ ⌋ *sc. arcae eius, qui plurima expendit, ut Mercurium sibi conciliaret; falso explicat* Serv. *p. 607, 40*). Sil. 2, 476 desuper haec … spectans Tirynthius … illacrimat fractae -m casibus urbis *Sagunti*; namque … *eum* tenet praecepta parentis *eqs.*

Ⓔ *dubitandi, cunctandi*: Verg. Aen. 2, 101 sed quid ego haec … -m ingrata revolvo, quidve moror? 12, 486 vario -m fluctuat aestu diversaeque vocant animum in contraria curae. Val. Fl. 7, 153 his … -m nutantem Colchida curis. 7, 334 (*Medea mortem sibi consciscere vult*) *venenum* toto -m lumine lustrat cunctaturque *eqs.*

Ⓕ *fatigandi (se vel alios), laborandi sim.*: Ov. met. 2, 577 fugio … et in molli -m lassor harena (Phaedr. 2, 6, 10 nisi monstraro, quid sit faciendum tibi, gravi -m te lassabit pondere *praeda*). Liv. 21, 37, 1 -m iumentis atque hominibus fatigatis (21, 59, 5. 24, 17, 7. 42, 16, 4 cum usque ad iugum Parnasi -m fatigati pervenissent, re infecta redierunt. 43, 1, 3 *legatus,* ne duabus oppugnationibus -m fatigatus miles esset, … urbem … diripuit). Sil. 16, 508 *cursor* -m vana laborans.

Ⓖ *de actione exspectandi, credendi, promittendi sim.* (*quaedam ad B vergunt; fort. huc p. 610, 9*): Catvll. 77, 1 Rufe, mihi frustra ac -m credite amice. Verg. Aen. 5, 791 *Iuno* maria omnia caelo miscuit Aeoliis -m freta procellis in regnis hoc ausa tuis, *Neptune* **(**[Serv. sine causa, nulla extante ratione, aut '-m' quantum ad eius pertinet mentem: unam enim navem ex omnibus vertit]. Val. Fl. 1, 721 o domus, o freti -m prole penates!**)**. Ov. met. 14, 797 porta … -m rigidis promissa Sabinis fonte fuit praestructa novo (Stat. Theb. 6, 610 -m patriis audax promiserat aris, *sc. crines*). Liv. 3, 60, 4 tandem fatigati stando ac -m expectando certa-

*[Sx.]*

men Aequi ... abeunt (35, 38, 14). 4, 25, 9 principes plebis iam diu -m inminentes spei maioris honoris *eqs.* (nec quiquam *var. l.; cf.* 22, 53, 4 -m eos perditam spem fovere. SIL. 8, 7 -m ... Latium sperare cruorem. CLAVD. 26, 388 -m Emathium pepulit spes vana Philippum, ut *eqs.*).

(III) *de actione non nisi temptata* (*cf. l. 68; aliter p. 608, 38*): VERG. georg. 4, 501 neque illum prensantem -m umbras et multa volentem dicere praeterea vidit. Aen. 5, 276 *serpens* -m longos fugiens dat corpore tortus (*nisi ad p. 607, 9 sqq. ut*: LIV. 2, 10, 3 -m deserto praesidio eos fugere). 12, 634 (*Turnus ad Iuturnam speciem aurigae indutam*) o soror, et dudum adgnovi ... et nunc -m fallis dea (*vix recte* SERV. auct. pro 'non fallis'). OV. met. 11, 738 *Alcyone in avem mutata* frigida -m duro dedit oscula rostro, *sc. cadaveri Ceycis* ...; at ille senserat *eqs.* LIV. 4, 1, 6 *tribunus plebis* pauca ... vociferatus: -m (nequa- *M*) territando consules avertere plebem a cura novarum legum (SIL. 10, 408 ut Aemilius *Paulus* ... diem hunc totiens -m averterit urbi). VAL. MAX. 9, 12 ext. 7 Pindarus ... non prius decessisse cognitus est quam gymnasiarcho claudere iam eum locum, *sc. gymnasium,* volente -m excitaretur. SIL. 7, 70 -m nostras, demens, ... elicis iras et captiva paras moriendo evadere vincla. STAT. Theb. 3, 98 vetat igne rapi *mortuum* pacemque sepulcri inpius ignaris -m mānibus arcet. APVL. met. 4, 24, 1 his et his similibus blateratis -m dolor sedatur puellae.

**β** -m *spectat ad praedic. enuntiati antecedentis*: (I) *in responso (cf. l. 34):* *verbo iterato*: PLAVT. Merc. 439 *ancillam* commodis poscit ... :: -m poscit: ego habebo. Mil. 1396 obsecro hercle ... te. :: -m hercle obsecras. Most. 1176 nolo inquam ores. :: -m nevis (Persa 358 Pseud. 436). Trin. 973 Charmides ego sum. :: -m hercle es: nam nihil auri fero. *verbo subaudiendo*: CIC. Att. 4, 6, 2 quid si cessare libeat et in oti portum confugere? ⌊-m⌋; immo etiam in bellum et in castra, *sc. ibimus* (⌊ ⌋ *Baiter,* ne(c)quic- *fere codd.,* nequa- *R*). (II) *cetera exempla: verbo iterato*: PLAVT. Rud. 217 libera ego prognata fui maxume; -m fui: nunc quī minus servio, quam si serva forem nata? neque quicquam umquam illis profuit, qui me sibi eduxerunt. Trin. 440 ego quoque volo esse liber; -m volo (565 *homo* vult fieri liber ... :: et ego esse locuples, verum -m volo. CAECIL. com. 233 quid velim? quae tu omnia tuis foedis factis facis, ut -m velim). sed -m (*cf. l. 32*): PLAVT. Amph. 835 vera dico, s. -m, quoniam non vis credere. CVRT. 3, 5, 12 Dareus ... fortunam meam in consilio habuit, s. -m, si mihi arbitrio meo curari licet.

**γ** -m *ponitur in fine enuntiati*: (I) *in poesi initio hexametri sim.* (*secundo loco l. 47, pentametri l. 40; cf. p. 608, 25*): CATVLL. 114, 4 Firmano saltu ... Mentula dives fertur, qui tot res in se habet egregias ...; -m: fructus sumptibus exsuperat. LVCR. 2, 1148 moenia mundi ... dabunt ... ruinas; omnia debet enim cibus integrare novando et fulcire cibus, cibus omnia sustentare, -m, quoniam nec venae perpetiuntur quod satis est, neque quantum opus est natura ministrat **(**4, 1110 *amantes* iungunt ... salivas oris et inspirant pressantes dentibus ora, -m, q. nil inde abradere possunt. 5, 1123. *al. apud eundem [cf. l. 35]; cf.* CYPR. GALL. num. 596 *rex* ad limina vatis mittit oratores dudum iam dicta rogantes, -m, quia dicta dei contraria pugnant**)**. VERG. Aen. 8, 232 ter saxea temptat limina -m, ter fessus valle resedit (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 148, 3 frustra). 10, 122 nec spes ulla fugae; miseri stant turribus altis -m, et rara muros cinxere corona. DIRAE 34 (*ad silvam*) ipsa *ferro* cades, veteris domini felicia ligna– -m (*sc. speratur lucrum, si recte intelleximus; an ad 2?*); nostris potius devota libellis ignibus aethereis flagrabit. LVCAN. 7, 674 *Pompeius* Caesaris ... oculis voluit subducere mortem; -m: ... socero spectare volenti praestandum est ... caput *eqs.* VAL. FL. 6, 250 gladio Sibotes ferit ultima teli *thoraci iniecti* -m: iam cuspis inest *eqs.* 8, 139 complentur litora bello -m: fugit immissis iam puppis habenis. SIL. 12, 42 *Hannibal* frustra ... pulsavit ... ariete portas *Neapolitanas*; stabat Cannarum Graia ad munimina victor -m, et *eqs.* STAT. Theb. 5, 194 dederat mites *erga mulieres* Cytherea suprema nocte viros *Lemnios* longoque brevem post tempore pacem -m, et miseros perituro adflaverat igni *cupidinis.* SEDVL. carm. pasch. 2, 114 trepidae ... vocant sua pignera *a leone rapta* fetae -m et vacuas implent balatibus auras (*cf. op. pasch. 2, 10 p. 210, 6* frustra). (II) *in prosa orat.*: HIRT. Gall. 8, 19, 6 hostes concidunt animis et ... fugam quaerunt, -m: nam ... *difficultate locorum* tenebantur.

**b** *praedicative cum* esse (*aliter l. 25. 29*): AETNA 214 nam prope -m ⌊per se⌋ est violentia flammae (nequic- *var. l.,* nequa- *Baehrens*; ⌊ ⌋ *Wagler, quem seq. e. g. Goodyear,* par est *fere trad.*). SIL. 10, 84 Paulum depellere dictis -m fuit (*cf. l. 5*). 17, 516 *Hannibal* si concidat unus, -m fore ... *Carthaginiensibus* cuncta arma virosque.

**2** *pertinet ad nomen*: *adi.* (*fort. huc l. 50. p. 607, 34*): CATVLL. 6, 7 te non viduas iacere noctes -m tacitum cubile clamat. PROP. 3, 17, 23 vesanum ... nova -m in vite Lycurgum (*i. vites a Baccho satas -m resecantem*). LIV. 22, 6, 7 *natando* -m fessi vada retro ... repetebant. VAL. MAX. 3, 8, 1 litteras ... -m salutares Campanis, *sc. cum sero aperirentur.* PERS. 4, 14 tu ... summa -m pelle decorus *eqs.* VAL. FL. 6, 643 famulum ... ferebant Phasidis *dei* intonso -m crine parentes *puerum, sc. in bello moriturum.* *subst.* (*vix huc p. 607, 67*): SIL. 5, 272 *miles quidam* a litore Hibero, -m extremae longinquus cultor harenae, *sc. apud lacum Trasumenum moriturus.* CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 9 nulla persuadente ratione in hoc -m videlicet negotio tertius sermo *illius* finitur.

**B** *de actione, quae causā caret, temere sim. fit* (*de statu rei, quae usu caret l. 13; cf. explicationes vix rectas p. 607, 30. 608, 70*): **1** *vario usu*: **a** *sine negatione*: AFRAN. com. 312 me miseram, numero, *i. nimis cito,* ac -m egi gratias (*nisi ad p. 608, 67*). APVL. met. 5, 7, 2 (*Psyche ad sorores*) quid ... vos miseris lamentationibus -m effligitis? quam lugetis, adsum! RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 30, 15 *eos* putare, quod nos -m dilationibus uteremur (*gr. I 1, 5 p. 13, 35* ἁπλῶς). BOETH. in herm. comm. sec. 6, 14 p. 494, 19 si quis ... lapidem -m iacentem, quod per se bonum non est, non bonum esse putet, vere arbitrabitur *eqs.* *c. verbis timendi sim.* (*cf. l. 26*): VERG. Aen. 4, 209 an te, genitor, cum fulmina torques, -m horremus? **(**[SERV. auct. supervacua horremus ...; an -m pro non, ut sit 'tu fulmina non torques'?]. *cf.* LYGD. 5, 27 atque utinam vano -m terrear [torr- *var. l.*] aestu! LIV. 5, 28, 13 exterrita. APVL. met. 8, 16, 6 -m ⌊frustra⌋ timorem illum satis inanem perfuncti [⌊ ⌋ *del. Brantius*; -m *delendum dubitanter proponit Robertson*]**)**. 7, 441 te ... senectus, o mater, curis -m exercet (*442* falsa ... formidine). **b** *accedit negatio*: CAES. Gall. 2, 27, 5 hostes etiam in extrema spe salutis ... *maximam* virtutem praestiterunt ...: ut *appareret* non -m tantae virtutis homines ... ausos esse transire latissimum flumen *eqs.* VERG. georg. 4, 38 *et frigoris et caloris* vis apibus pariter metuenda neque illae -m in tectis certatim tenuia cerā spiramenta linunt. Aen. 8, 370 Venus haud animo -m exterrita mater. CIRIS 225 non tibi -m viridis per viscera pallor aegrotas tenui suffundit sanguine venas. LIV. 40, 9, 2 non -m isti ... me ... paelice genitum appellant; nam si ... caritatem filii apud te haberem *eqs.* RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 160, 36 non -m ... a communione eorum nos ipsos abscidimus, sed iusti iudicis iudicium formidantes.

**2** *vergit ad notionem q. e. iniuriā, iniuste, sc. a parte*: *patientis*: RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 148, 8 multi ... -m periclitantur circa ea, quae praecipua sunt. p. 174, 33 *episcopus* rogans ... non -m sibi de eisdem fieri inportunitatem (*postea*: quae *sacramenta* ab orthodoxis sumere ad salutem minime permittuntur). GREG. M. epist. 9, 213 l. 15 quorundam se perhibet -m adversitatibus laborare (*postea*: contra rationem; iniuste et pro sola ... voluntate). *perpetrantis*: RVSTIC. Conc.$^{S}$ I 4 p. 161, 29 vir pius ... -m contra nos tale iter assumpsit ... et deo amicissimos circitores iniuste trahi praecepit.

*?***II** *fere i. q. nequaquam* (*cf. p. 606, 54. 68*): VARRO rust. 2, 10, 10 *magister pecoris* sine litteris idoneus non est, quod rationes dominicas pecuarias conficere -m recte potest (nequid- *sim. var. ll.,* nequa- *cod. rec., fort. recte*).

**nēquis** *v.* 4. ne, *imprimis p. 316, 63 sqq.* *Sx.*

**nēquissimē** *v.* nequam (nequiter). **nēquissimus** *v.* nequam.

**nēquiter** *v.* nequam *p. 560, 22 sqq.*

※**nēquitia,** -ae *et* nēquitiēs, (-ēī) *f.* [-a *et* -ēs *ratione solita a stirpe* *nēquo- (*v. p. 554, 35*) *derivata sunt. cf. Leumann, Gramm. 1977, 296. Mei.*] *de origine* (*cf. p. 612, 3*): CIC. Tusc. 3, 18 -a ab eo ..., quod ne quicquam est in tali homine *eqs.* (*sim.* AVG. beat. vit. 8 l. 58 -am ... ex eo, quod nec quicquam sit. 30 l. 170 vera relig. 58 GLOSS. V 226, 6. *cf. p. 554, 38 sqq.*). *formae heteroclit. quintae decl.: nom. sing.* -es HOR. *p. 612, 28.* MANIL. *p. 612, 66.* ALTERC. Hadr. et Epict. 59, *acc. sing.* -em TER. (*cod. A*) *p. 611, 13. 612, 18.* *?neutr. plur.* -a *v. p. 614, 60.* *de notione* (*v. etiam p. 612, 2. 56. 613, 8*): CIC. Tusc. 3, 17 *frugalitas,* cui contrarium vitium -a dicitur (*sim.* AVG. beat. vit. 8 l. 58. 30 l. 170). AVG. beat. vit. 8 l. 63 ab sterilitate, hoc est a nihilo, -a nominata est. SYNON. Cic. p. 413, 7 audacia. temeritas. confidentia. constantia. improbitas. -a. desperatio. GLOSS. -a: ἀχρειοσύνη. πονηρία. malitia. -ae: ἀχρειότητες, κακίαι. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 377 sqq. (cod. Paris.) -a: ira vel audacia. inprovitas (*i.* -prob-), obstinatio. malitia. SE 558 stropha: fraus vel -a. *legitur in versibus inde a* PLAVTO, TER. (*deest epicis*), *in orat. soluta inde a* SCIP. min., QVADRIG., *frequentatur a* CIC. (*maxime in oratt.*), SEN. *philos. et a Christ.* (*deest e. g.* CAES., SALL., SVET.); *plur. inde a* MART., TERT. [*falso trad. pro* nequiter *p. 560, 60; in var. l. falsa pro* nequam *p. 559, 34,* segnitia CIC. fin. 5, 56; *loco interpol., ut vid.,* OV. am. 1, 13, 34.]

*i. q. habitus vel status nequam* **(***hic illic significantur potius actiones, maxime per plur., v. e. g. p. 613, 27. 614, 1. 3. 10 sq.; gr. resp. imprimis* πονηρία. *indicatur, adversus quem -a directa sit, per dat. p. 613, 2* [*cf. praepos. p. 614, 28*]; -ae *adhibetur pro gen. qual. e. g. p. 611, 28. 613, 38. 47. 614, 64; accedit pron. poss. e. g. p. 611, 21. 37. 50 sq. 613, 74 [cf. adi. p. 614, 2], gen. personae e. g. p. 611, 30. 614, 4. 6. 40. 52 [pron. p. 613, 1. 614, 10]; meton. p. 611, 52. 612, 46. 52. 613, 3; inducitur* -a *tamquam agens e. g. p. 611, 31. 613, 22***)**: **I** *praevalente vi inutilitatis, vilitatis, nullius*

[*Marchionni*]

*pretii*: **A** *nequam sunt homines (animalia l. 35) eorumve actiones, mores (iuxta ponitur e. g.* audacia *l. 19. p. 612, 25,* luxuria *l. 16. 65. 75. p. 612, 20; opp.* bona conscientia *p. 612, 36,* frugalitas *p. 610, 56. 612, 50,* integritas *p. 612, 25.* stultitia *p. 612, 49,* virtus *p. 612, 35. 36. 44. al.*):

**1** *respicitur turpis incontinentia, flagitiosa cupiditas, probrosa libido sim., sc. in rebus veneriis (significantur tam mores in hac re effusi quam singulae actiones libidinosae, e. g. l. 27. 51. 68 sq.; fere in bonam partem l. 27. 42. 47. 52)*: **a** *proprie*: **α** *vario contextu (exempla selecta inde a* Mart.*); de habitu, actionibus: quorumlibet*: Plavt. Bacch. 112 (*ante lupanar*) ita me di ament, ut Lycurgus mihi quidem videtur posse hic ad -am adducier. Cas. 161 (*uxor de sene amatore*) stabulum -ae. Ter. Ad. 358 (*agitur de raptu*) si *adulescens* illum *fratrem* potest, qui aliquoi reist, ... ad -em adducere. Scip. min. or. frg. Gell. 6, 11, 9 omnia mala, probra, flagitia, quae homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque -a ...; si tu in uno scorto maiorem pecuniam absumpsisti *eqs.* (*ibid. ter*). Cic. Verr. II 2, 134 in mulierum corruptelis et in omni eius modi luxuria atque -a ... reperiebam hunc Timarchidem ad istius *Verris* flagitiosas libidines singularemque -am ... aptum fuisse (5, 32 ex mulierum morsu vestigia libidinis atque -ae). *al.* Q. Cic. pet. 10 qui tantum habet audaciae, tantum -ae ..., ut prope in parentum gremiis praetextatos liberos constuprarit? Hor. carm. 3, 4, 78 ales, -ae *Tityi* additus custos. Ov. epist. 17, 29 quae tua -a est, non his *osculis* contenta fuisset. fast. 1, 414 inextinctae Silene libidinis ...; -a est, quae te non sinit esse senem. Vell. 2, 100, 5 *consul quidam* singularem -am supercilio truci protegens. Val. Max. 9, 1 ext. 5 *v. p. 558, 20.* Sen. nat. 1, 16, 8 (*loq. homo obscenissimus*) quo -am meam, si ad naturae modum pecco? Petron. 87, 4 ille, *sc. puer compressus,* non indelectatus -a mea *eqs.* Mart. 4, 42, 4 Niliacis ... puer hic nascatur in oris: -as tellus scit dare nulla magis. Prvd. ham. 318 convivale calentis carmen -ae. Clavd. 18, 262 verbis ... sonat plorabile quiddam ultra -am fractis. Avg. civ. 2, 12 p. 67, 13 adulescentium -am. 7, 21 p. 299, 17 ut in eius *Liberi* honorem pudenda virilia colerentur ... in propatulo exultante -a. *al.* *feminarum (cf. l. 39 sqq.)*: Hor. carm. 3, 15, 2 uxor pauperis Ibyci, tandem -ae fige modum tuae. Ov. epist. 4, 17 (*loq. Phaedra*) non ego -ā socialia foedera rumpam. Mart. 9, 67, 2 cuius *puellae* -as vincere ⌊nemo⌋ potest (⌊ ⌋ nulla *pars codd.*). *al.* *animalium*: Mart. 7, 14, 4 Lesbia -is passeris orba sui (*spectat ad Catull. 2, 1, v. vol. X 1, 606, 63 sqq.; cf. supra p. 557, 50*). Apvl. met. 7, 20, 4 *puer asino praefectus* iam se -ae meae proclamans imparem. **β** *in versibus amatoriis (respic. perfidia, inconstantia l. 41. 46. 51): de habitu, actionibus feminarum*: Gall. carm. frg. (Journ. Rom. Stud. 69, 1979, 140 l. 1) tristia nequit⟨ia ...⟩a Lycori tua. Prop. 1, 15, 38 nec tremis admissae conscia -ae? 2, 5, 2 verum est ... Cynthia, ... *te* non ignota vivere -a? 3, 10, 24 (*si recte huc*) et sint -ae libera verba tuae. 3, 19, 10 rapidae (rab- *fere edd.*) stimulos frangere -ae, *sc. libidinis.* Ov. am. 3, 4, 10 cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas semina -ae languidiora facit (trist. 2, 280 ludi quoque s. praebent -ae. *cf. p. 612, 34*). 3, 11, 37 -am fugio: fugientem forma reducit. 3, 14, 17 est qui -am locus exigat: omnibus illum deliciis imple, stet procul inde pudor. *cetera exempla*: Prop. 2, 6, 30 puellarum ... ocellos -ae ... suae noluit esse rudes (*sc. artifex tabellarum obscenarum*). Ov. am. 2, 1, 2 ille ego -ae Naso poeta meae. 3, 1, 17 erit ... tibi finis amandi ...? -am vinosa tuam convivia narrant. ars 2, 392 nec sint -ae tempora certa tuae.

**b** *meton. de versibus sim. (sc. in bonam partem, non nisi plur.; cf. l. 50. p. 612, 53)*: Mart. 5, 2, 3 tu quem -ae procaciores delectant nimium ..., lascivos lege quattuor libellos. 6, 82, 5 tune es ... ille Martialis, cuius -as iocosque novit, aurem qui modo non habet Batavam? 11, 16, 7 tu quoque -as nostri lususque libelli uda, puella, leges. CE 1166, 4 *puellae* lascivia surgere ... coeperat et dulces fingere -as ...; doctior in terris nulla puella (*si recte huc; vix recte de arte saltatoria cogitat Bücheler ad l.*).

**c** *per prosopop.*: Herm. Pal. sim. 9, 15, 3 *mulieres, quae nigram vestem habent,* ita vocantur: Maestitia, -a, Libido *eqs.* (*gr.* πονηρία). Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 14 Vitiorum succincta comitatu et quodam -arum choro circumfusa *Voluptas.*

**2** *respicitur luxuria, ganea, vita voluptatibus dedita, intemperata sim.*: Cic. Verr. II 5, 28 (*de rixa in convivio*) Cannensem pugnam -ae. 5, 87 Cleomenes ..., qui alterum se Verrem ... luxurie ac -a ... putaret, similiter totos dies ... perpotabat. Phil. 2, 67 non modo unius patrimonium ..., sed urbis et regna celeriter tanta -a devorare potuisset. Hor. epist. 1, 15, 33 (*32* ventri ... avaro) -ae fautoribus. Val. Max. 6, 9, 6 *Sulla* vitam libidine, vino, ludicrae artis amore inquinatam perduxit; ... eiusdem virtus quasi perruptis et disiectis -ae, qua obsidebatur, claustris *eqs.* Sen. epist. 122, 14 opus est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere; in tam occupata civitate fabulas vulgaris -a non invenit. Petron. 55, 6 vers. 8 *ciconia* -ae nidum in caccabo fecit ⌊tuae⌋ (*Fraenkel,* meo *codd.*). Apvl. Plat. 1, 13 p. 207 *appetitus tenet* infernas abdominis sedes ..., deversoria -ae atque luxuriae. *al.*

**3** *respicitur inertia, segnitia, neglegentia sim. (exempla certiora; cf.* Don. Ter. Ad. 358, 2 [*ad p. 611, 13*] -a ... proprie libidinosa inertia dicta est, quod nihil queat nullique rei apta sit): Cic. Catil. 1, 4 cupio me ... non dissolutum videri; sed iam me ipse inertiae -aeque condemno (1, 29 invidia ... i. ac -ae). Prop. 1, 6, 26 me sine, quem semper voluit Fortuna iacere, hanc animam ⌊extremae⌋ reddere -ae; multi longinquo periere in amore libenter (⌊ ⌋ aeternae *Heyworth; opp. 22* armatae cura ... patriae). Liv. 22, 60, 16 pretio redituri estis eo, unde ignavia ac -a abistis? CIL III 7251 (*a. 49/50*) cu⟨m⟩ et colonias et municipia ... lebare (*i.* lev-) oneribu⟨s⟩ veh⟨iculor⟩um praebendorum tem⟨ptaviss⟩em ... ⟨ta⟩men -ae hominum (*seq. lacuna, ut incertum sit, an recte huc traxerimus*). Ivvenc. 4, 247 (*spectat ad Matth. 25, 26; dominus famulo segni*) si nescire meos auderes dicere mores, -ae tantae veniam concedere possem. Cod. Theod. 10, 2, 1 procuratorum -a et rationalium neglegentia *domos* labi patitur in ruinas. Greg. M. in Ezech. 1, 5, 12 l. 207 qui post illam *vitam activam* ad torporem neglegentiae, ad pravitatis -as ... redit.

**4** *respectu vario vel incerto (exempla selecta inde a* Prop.): Ter. Haut. 481 quantam fenestram ad -em patefeceris, *sc. indulgentia tua*! Lvcil. 257 -a occupat ⌊hoc⌋, petulantia prodigitasque (⌊ ⌋ *'genus hominum' intellexit Marx,* hos *coni. Dousa*). Qvadrig. hist. 15 *adulescens* luxuria et -a pecuniam magnam consumpserat (*explicat* Gell. 6, 11, 7 '-am' appellavit luxum vitae prodigum effusumque). Cic. S. Rosc. 134 officina -ae ac deversorium flagitiorum omnium (*cf. p. 611, 11. 74*). Verr. II 3, 7 (*ad Hortensium*) ad tuam ... amicitiam ... faciliorem aditum istius habet -a et audacia quam cuiusquam nostrum virtus et integritas? (3, 22 *quendam Verres* -a, luxuria, a. sui simillimum iudicavit. 3, 24 huius a., -ae, crudelitati fidelissimos socios. 3, 155). 3, 106 singulari -a ac turpitudine (5, 92). *al.* Hor. sat. 2, 2, 131 illum aut -es aut vafri inscitia iuris, postremum expellet certe vivacior heres (Schol. paupertatis ... est amica -es). 2, 3, 244 par nobile fratrum -a et nugis, pravorum et amore gemellum. Prop. 2, 24, 6 si tam facilis spiraret Cynthia nobis, non ego -ae dicerer esse caput. Rvt. Lvp. 1, 18 omnes corporis partes ad -am sunt appositissimae: oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem. Sen. benef. 4, 27, 4 *malus* habet ... omnia -ae semina. nat. 3, 30, 8 cito -a subrepit, virtus difficilis inventu est. epist. 97, 12 bona conscientia prodire vult et conspici: ipsas -a tenebras timet. Petron. frg. 34, 8 virtus medio iacet obruta caeno, -ae classes candida vela ferunt. Plin. epist. 2, 20, 12 maiora *praemia* -a et improbitas quam pudor et virtus habent. Vlp. dig. 43, 30, 3, 5 optinuit ... mater ob -am patris, ut ... apud eam filius moretur. Hier. epist. 54, 6, 1 -am servulorum, qui te venalem *inter procos praedicant* (*cf.* Cod. Theod. 4, 10, 2 pr. -am ... servilis ingenii. Evseb. Gallic. hom. 25, 2 *misericordiam dei arguere* plus quam servilis -a est: inter ictus verberum rebellare *eqs.*). Avg. civ. 1, 31 p. 48, 24 *Scipio Nasica* persuasit ..., ne ... paterentur ... ad virtutem labefactandam ... Romanam peregrinae consentire -ae (*cf.* 2, 18 p. 74, 19 unde et Nasica ille ad reprimendam -am servandosque istos mores optimos). *al.* *meton. de ipsis hominibus*: Cic. Verr. II 5, 38 cum tibi sorte obtigisset, uti ius diceres, quantum negotii ... haberes, numquam cogitasti? neque *reputasti* ... provinciam ... ad summam stultitiam -amque venisse? Phaedr. app. 2, 2 *mea carmina* -a pariter laudat et frugalitas.

**B** *nequam est res*: Plin. nat. 14, 125 (*respic. corruptio vini*) aceti ... -ae inest virtus magnos ad usus. *meton. de versibus*: Avson. 25, 4 (340 A S.) similium nugarum subtexo -am.

**II** *praevalente notione nocendi respicitur malignitas, malitia (cf.* Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 l. 12 definiunt quidam πονηρίαν, id est -am, spontaneam vel voluntariam esse malitiam. *iuxta ponitur* malignitas *p. 613, 25. 614, 64,* malitia *l. 62 sq. p. 614, 12. 30* [*disting. supra p. 611, 14*], scelus *l. 67 sq. p. 613, 66. 614, 70. al.*): **A** *vario contextu; nequam sunt*: **1** *homines eorumve actiones, mores*: **a** *usu communi*: **α** *proprie (exempla certiora selecta, cetera v. sub I A)*: Rhet. Her. 3, 6, 11 *vituperatio fit,* quod utile putemus esse ab omnibus unicam malitiam atque -am cognosci (*cf.* 3, 6, 12 *nos* pauca de -a eius *viri vituperandi* dicturos [*syn.* malitiam]). Cic. Verr. II 3, 155 'caede, concide'... verba ... ad omne genus -ae accommodata. Phil. 6, 11 quis est, qui hunc non casu existimet recte fecisse, -a ⌊sceleste⌋? (est scelere *codd., corr. Nipperdey*). Manil. 2, 602 leges ... per ipsas saevit -es (-as, -a *pars codd.*). Sen. Ag. 114 (*Clytemestra ad se ipsam*) da frena et omnem prona -am incita: per scelera semper sceleribus tutum est iter. epist. 97, 14 (*antea*: sceleris in scelere supplicium est) quare ... hoc supplicio, *sc. timoris perpetui,* -am liberem? Plin. epist. 4, 22, 6 de huius -a sanguinariisque sententiis. Querol. p. 40, 11 etiam hoc Querolus crimen indignum putat et, ut est ⌊-ā⌋, suspicatur hoc statim (⌊ ⌋ *nisi nom. intellegas, ut locus ad β spectet, sc. de hominibus malignis*). Prvd. perist. 3, 103 (*praetor ad Eulaliam martyrem*) quam cuperem ... revocare tuam, torva puellula, -am! Qvodv. symb. 3, 4, 16 *Herodes,* infantes necas et tuae -ae testes cumulas. *al.* *de odio*

[Marchionni]

(*accedit dat.*): Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 32 *Apion* -am eorum *Alexandrinorum* sciens Iudaeis cohabitantibus in Alexandria *eqs.* (*gr.* τὴν ἀπέχθειαν ... τὴν πρὸς τοὺς ... Ἰουδαίους). **β** *meton. de rebus maligne factis* (*fort. huc p. 612, 72*): Vet. Lat. Is. 10, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 14, 6. *al.*) vae qui scribunt -am, scribentes enim scribunt nequam (*gr.* πονηρίαν, *Vulg.* leges iniquas).

**b** *usu speciali de astutia, moribus fraudulentis sim.* (*cf.* Gell. 6, 11, 1 plerumque nunc ... dici audio ... '-am' pro sollertia astutiaque; sed veterum hominum, qui proprie atque integre locuti sunt *eqs.*): **α** *exempla varia* (*cf. l. 44. 67. p. 610, 62*): Phaedr. 2, 6, 3 contra potentes nemo est munitus satis; si vero accessit consiliator maleficus, vis et -a quicquid oppugnant, ruit. Mart. 3, 91, 4 insignis forma -aque puer (*sunt qui locum ad IA1 trahant*). Apvl. met. 5, 15, 3 nec ... scelestarum feminarum -a ... conquievit, sed ... dissimulanter occipiunt sciscitari. Vet. Lat. Matth. 22, 18 (cod. 3, *sim. al. et* Vvlg.) cognita ... Iesus -a eorum *Pharisaeorum* ait illis: 'quid me temptatis, hypocritae?' (*gr.* πονηρίαν. *cf.* Luc. 20, 23 [cod. 2, *sim. al.*] cum cognovisset ... -am illorum *eqs.* [*gr.* πανουργίαν, *var. l.* πονηρίαν, *Vulg.* dolum]). I Cor. 3, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 6, 12) deprehendens sapientes in -a illorum (*gr.* πανουργίᾳ, *Vulg.* astutia). Herm. vulg. mand. 8 *abstine* a -a ficta (*gr.* ἀπὸ ... ὑποκρίσεως, *Pal. 8, 3* ab hypocrisi). Iren. 1, 13, 1 -a eorum, qui dicuntur magi (*gr.* πανουργίᾳ). Cypr. ad Donat. 11 adridentis -ae facies quidem laeta, sed calamitatis abstrusae inlecebrosa fallacia. Querol. p. 60, 21 illius ... -am recognosco, frequenter ille similibus me lusit modis. Hier. in Eph. 4, 31 p. 517[C] malignitas et -a, quae in tergiversatione et calliditate sentitur. Consvlt. Zacch. 1, 31, 19 subtilis -ae figmenta. Sidon. epist. 6, 2, 2 *illa mulier* presbyteri Agrippini – ne iniuriosum sit dixisse -is – certe fatigatur argutiis. *al.* **β** *in rebus iudicialibus sim.* (*de actione maligna l. 34. 36*): Qvint. decl. 307, 2 prospexerat ... lex, ut conscius per tormenta potius quaereretur, sed quatenus -a obviatum est legi, reliquum est, ut hic reus sit (-am *pars codd.*, per -am *coni. Winterbottom, alii alia*). 331, 4 semper caventes, *qui leges composuerunt,* -a vicisset. 343, 4 (*respic. circumscriptio*) rectum ius -a exclusum est. 350, 5 ut *prudentia maiorum* ad omne genus -ae occurrat. *al.* Gaivs inst. 4, 75 (*antea*: ex maleficio filiorum familias servorumque, veluti si ... iniuriam commiserint) erat ... iniquum -am eorum ... parentibus dominisve damnosam esse (*inde* Inst. Iust. 4, 8, 2). Vlp. dig. 21, 1, 23, 2 capitalem fraudem admisisse accipiemus dolo malo et per -am. 43, 30, 3, 4 humilis calumniator notae -ae (*cf.* Rvfin. hist. 4, 9, 3 [*antea*: calumniae gratia] pro sui -a [*gr.* ὑπὲρ τῆς δεινότητος]. Cod. Theod. 10, 10, 3 qui iniuriam per eius *delatoris* -am sustinuit).
*huc fort. pertinet*: Cypr. Gall. iud. 713 (*spectat ad 16, 25sqq.*) *Samson Philistinis* risu ... solutis praebet -ae caeco de lumine causas (*sc. templi ruinam efficiendo*).

**2** *animalia* (*cf. p. 614, 51*): Sen. epist. 74, 15 sine -a, sine fraudibus degunt. Barnab. 10, 4 cum *aves rapaces* sint pestilentiosae per suam -am (*gr.* τῇ πονηρίᾳ). Iren. 3, 23, 1 serpentis -a (*cf.* Chromat. in Matth. 33, 7 serpentinae -ae ac diabolicae astutiae venena). Avian. fab. 7, 18 (*7sq.* hunc *canem* dominus ... iusserat in rabido gutture ferre nolam *crepitantem*) non hoc virtutis decus ostentatur ..., -ae testem sed geris ... sonum. Greg. Tvr. vit. patr. 19, 3 *in ventre pueri* anguium venenatorum -am latitare.

**3** *res* (*de earum vi, vehementia l. 55. 58. 61*): **a** *variae*: Tert. nat. 1, 6, 7 dubitatur de iniquitate legum quarundam, cum quotidie novis consultis ... duritias -asque earum temperetis. Herm. vulg. mand. 5, 1 volebam scire, domine, -am iracundiae, ut custodiam me ab illa (*gr.* τὴν ἐνέργειαν, *Pal. 5, 1, 7* vires). Barnab. 7, 11 propter ⌞spinae -am⌟ (*gr.* φοβερὰν τὴν ἄκανθαν). **b** *morbi sim.*: Evstath. Basil. hex. 5, 7, 7 morborum superare -am. Cael. Avr. acut. 1, 5, 47 febrium -a. 2, 18, 107 passionis -a (2, 1, 3. 2, 18, 107). chron. 1, 4, 84 temporum -a⟨m⟩ transire (tempora *vel* tempus -ae *coni. Drabkin*). Greg. M. moral. 3, 8 (*antea: Satan* percussit Iob ulcere *pessimo*) per -am qualitatis, *sc. flagellorum.*
*meton. de ipsa passione*: Cael. Avr. acut. 1, 4, 114 haec passio vel alia quaeque similis -a. Greg. Tvr. Mart. 2, 40 pauperculus ... nescio quid -ae perpessus ..., cum magno dolore manus debiles elevavit.

**4** *dei vel daemones*: Clavd. Don. Aen. 7, 325 p. 52, 11 *Allecto* omnis ... -a et scelere superaverat. Prvd. c. Symm. 1, 83 *quocumque* nebulonis, *i. Iovis,* callida traxit -a, infelix facilem gens praebuit aurem. Avg. civ. 8, 21 p. 352, 11 *daemonum* -am, qua ludos scaenicos amant. 8, 21 p. 352, 30 daemonum -am deorum iniuriis exultantem.

**B** *in religione Iudaeorum vel Christ. de impietate, improbitate, peccato sim.* (*cf.* Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 l. 1 -a alia ... species mali est praeter cetera peccata. *opp.* caritas *p. 614, 24,* sanctitas *p. 614, 47*):
**1** *refertur ad homines*: **a** *quoslibet*: Min. Fel. 33, 4 iam scies -a sua hanc eos meruisse fortunam (*item de populo Iudaeorum*: Vvlg. exod. 32, 12 [*Moses ad deum*] esto placabilis super -a populi tui. Os. 9, 15 omnes -ae eorum in Galgal. Comm. apol. 539 -ae pleni. Fvlg. aet. mund. p. 177, 19 hebr(a)eam adversus deum calcitrantem -am. *al.; cf. l. 17*). Vet. Lat. gen. 6, 5 (Ps. Cypr. ad Novat. 4, 1) vidit dominus deus redundasse -as hominum super terram (*gr.* αἱ κακίαι, *Vulg.* malitia). 8, 21 (Cassian. conl. 23, 1, 3) humanum genus ... intentum est ad -am a iuventute sua (*gr.* τὰ πονηρά, *Vulg.* malum). psalm. 7, 10 (cod. 304. *al. et* Vvlg.) -a peccatorum ([*gr.* πονηρία ἁμαρτωλῶν]. Avg. catech. rud. 20, 2 Cassiod. in psalm. 1 l. 48. *cf.* Avg. epist. 118, 7 peccantis). 49, 19 (cod. 304. *al.*) os tuum abundavit -a (*gr.* κακίαν, *Vulg.* malitia. *cf.* 72, 8 [cod. 304, *sim. al. et* Vvlg.] locuti sunt -am [*gr.* πονηρίᾳ]). 64, 4 (cod. 136) -as eorum tu expiabis (*gr.* τὰς ἀσεβείας, *Vulg.* impietatibus). I Cor. 5, 8 (Cypr. hab. virg. 16. *al. et* Vvlg.) in fermento malitiae et -ae (*gr.* πονηρίας. *item persaepe locis pendentibus, v. vol. VI 1, 527, 30sqq.*). Anon. in Rom. 92A illis in -a perseverantibus. Lact. inst. 2, 16, 9 *homines a deo aversi* immortalitatem ... sua -a perdiderunt. 5, 21, 6 ne sint qui possint eorum, *sc. persecutorum,* -am coercere. Avg. epist. 108, 8 illius ... -a (*sc. Iudae ut*: Qvodv. fer. 3, 8 -a Iudae ac Iudaeorum. symb. 3, 5, 13 *Iudas* dat osculum falsum, in quo erat -ae signum: fingit pacem plenus malitia in corde). c. Iulian. 5, 2, 5 pudentes ... fecit -a, quos impudentes ⌞iustitia⌟ fecit (*item opp.*: serm. 98, 5). Cassian. conl. 5, 15, 4 de spiritalibus -is vel carnalibus vitiis obtinuisse victoriam (Leo M. serm. 39, 2 Verec. in cant. 2, 25 l. 43. 9, 29 l. 29 -ae spiritalis spolia, id est carnis vitia. *al.; cf. l. 63sqq.*). Epiphan. Schol. Didym. in Iac. 4, 4 p. 8, 1sqq. -a providet amicitias mundi, virtus autem adquirit caritatem dei, cum virtus et -a non possint una subsistere (*gr.* κακία). *al.* **b** *haereticos, schismaticos* (*de ipsa haeresi l. 28. 31. 33*): Tert. adv. Marc. 2, 20, 1 per istas caligines, *quas haeretici evomunt,* sequemur -am et in lucem extrahemus ingenia tenebrarum. Iren. 1, 15, 6 (vers.) te, *Marce mage,* praecursorem ⌞contrariae adversus deum -ae⌟ (*gr.* ἀντιθέου πανουργίας). Vita Anton. 89, 4 l. 14 schismatici ... sunt, et nostis -as ipsorum et malitiam profanam (*gr.* πονηρίαν). Hier. c. Lucif. 19 l. 684 Valens et Vrsacius, ceterique -ae eorum socii. adv. Pelag. prol. 2 l. 16 Palladius servilis -ae ... haeresim instaurare conatus est. Qvodv. fer. 6, 2 scholae pessimae haereticorum, fraus Manichaeorum, -a Pelagianorum. grat. 1, 12, 4 (*ad Arianum quendam*) testimoniis tuam -am refutabo. Cod. Theod. 16, 5, 65, 2 qui ad imam usque scelerum -am pervenerunt Manichaei. Conc.[S] I 5 p. 264, 18 haereticorum -is (*gr. I 1, 6 p. 123, 27* δυστροπίας). *al.*

**2** *refertur ad diabolum, daemones sim.* (*de angelis rebellibus l. 54; cf. p. 613, 46*): Tert. adv. Val. 22, 1 ex -a ... maeroris illius *Acamoth* deputatur *diabolus eqs.* Cypr. epist. 69, 15, 1 diaboli -am pertinacem usque ad aquam salutarem valere, in baptismo vero omne -ae suae virus amittere (patient. 19. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 91, 27 [*gr. I 1, 7 p. 146, 5* κακοτροπίαι]. *cf.* Victorin. Poetov. in apoc. 1 l. 187 adversarii). Ivvenc. 2, 608 (*spectat ad Matth. 12, 24*) princeps daemoniorum solus -ae vires dicione *tenet.* Lact. inst. 2, 8, 6 add. 6 *deus dedit diabolo* astutiam, ut in eo esset et voluntas prava et perfecta -a. Hil. in Matth. 5, 9 discrimen -ae, *sc. spirituum immundorum,* et sanctitatis. 17, 7 in illo *diabolo* spiritales -ae sunt caelestesque virtutes (Ambr. hex. 1, 8, 30. *al.; sing. de ipso diabolo*: Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 58, 3 Leo M. serm. 40, 2. Petr. Chrys. serm. 70, 10 diabolus natura caelestis fuit, nunc est -a s. *al.; cf. l. 59sqq.*). Rvfin. Orig. in cant. 3 p. 235, 19 (*spectat ad cant. 2, 15*) 'vulpes' contrariae potestates et -ae daemonum intellegi debeant (Oros. hist. 4, 13, 12 Cassian. conl. 15, 10, 5). Sacr. Leon. 1272 diabolicis ... -is (Val. Cem. hom. 16, 3). Fvlg. aet. mund. p. 135, 22 angelica ... -a. Verec. in cant. 1, 6 peccatores angeli ... in caenoso gurgite -arum saecularium conruerunt. *al.*

**3** *generatim, sc. designat ipsam malitiam, malum* (*saepe gen.* -ae; *negatur deus -a affici l. 72*): Vet. Lat. psalm. 96, 10 (cod. 303) qui diligitis dominum, odite -am (*gr.* πονηρόν, *cod. 306. al. et Vulg.* malum). Eph. 6, 12 (cod. 75, *sim. al. et* Vvlg.) contra spiritalia ⌞-ae⌟ in caelestibus ([*gr.* τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ⌞ ⌟ cod. 77. *al.* -a, *ut neutr. plur. intellegendum vid.*]. *inde saepe, e. g.* Tert. anim. 57, 2 fug. 1, 5. *cf. l. 63sqq.*). Tert. adv. Marc. 3, 14, 3 (*cf. apoc. 1, 16*) ensem ex ore dei infestum diabolo, armantem nos adversus hostes spiritales -ae et concupiscentiae omnis. Ps. Tert. haer. 4, 4 ex timore et ignorantia spiritus -ae et malignitatis *facti sunt* (Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 67, 26 exardescit ... spiritalis amor animae ... erga aliquos s. -ae). Arnob. nat. 6, 24 p. 338, 16 *si* nullus esset in mundo malus, nulla omnino -a. Rvfin. Orig. in gen. 16, 5 p. 142, 1 ad summum gradum -ae. in num. 12, 4 p. 107, 1 principes ac iudices mundi cunctique -ae ministri (Pass. Macc. 9, 17). Prvd. ham. 112 (*loq. Marcion*) auctor -ae, scelerum deus (*de diabolo*: Consvlt. Zacch. 1, 34, 5 -arum a. Favst. Rei. grat. 1, 2 p. 14, 17). Epiphan. Schol. Didym. in Ioh. 1, 5 p. 41, 7 nec ulla -a est in deo (*gr.* κακία). *al.*

**[nēquitiālis** *adi. affertur in lexicis e* Schol. Lucan. ed. Weber 8, 452 *aetatis recentioris.***]**

**nēquitiēs** *v.* nequitia. **nēquitior** *v.* nequam. *Marchionni.*

*?***nēquitium,** *sc.* -a *n. plur., v. p. 614, 60.*

**[nequito** et **nequitor** *pro* nequit et nequitur *prave correctum in codd. aliquot* PRISC. gramm. II 396, 19.**]**

**nēquius** *v.* nequam (nequiter).

**nēquō** *v.* 4. ne *p. 317, 23 sqq.* **nēquor** *v.* nequam *p. 555, 7.*

**nēquula** deminutivum est a nequam GLOSS. (*de muliercula nequam an masc. ut* cacula, vappa *sim.?*).

**nēquus** *v.* nequam *p. 555, 6.*

**nerbia** *v. l. 63.* **[nerbona** *pro* nervora *v. p. 618, 39.***]**

**nerbōsus, nerbus** *v.* nerv-.

**nerdis** POL. SILV. chron. I p. 543, 12 (*affertur inter nomina quadrupedum*). *obscurum.*

in piscibus dissimilis *est* ... haec *solea* **†neren(a)e** et mustelae VARRO ling. 9, 113 (mer- *F ante corr.*). *corruptum; coni. alii alia.*

**nērinus,** -a, -um. *a* nerium, *nisi cogites de adi. gr.* *νήρινος. *i. q. e nerio confectus*: CHIRON 862 (*pars compositionis cuiusdam*) olei -i *tantum* ([myrini *cod. Basil.*]. 896 [merini *cod. Basil.*]. *'falso pro* o. irini?' *Fischer in plagulis*).

**nērion** *v.* nerium.

**neriōsus:** resistens, fortis ⌊aut nimium constans⌋ GLOSS.$^{L}$ III Abstr. NE 38 (*inde* V Aa N 202 *omisso* ⌊ ⌋. *cf. p. 616, 2*). *vulgo coniungitur cum nom. propr. sabino q. e.* Nerio (*quo* significatur virtus et fortitudo *Gell. 13, 23, 7; cf. Suet. Tib. 1, 2. Gloss.* Nero: *ἀνδρεῖος*); *pro* nerviosus *a* nervus *derivare temptat Redard, Humanitas 3, 1950/51, LVII.*

**[neris:** iuris GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 401. *corruptum.***]**

**[nērīta,** -ae *m., νηρίτης, olim edebatur pro* Veneriae PLIN. nat. 9, 103.**]**

**nērium** (-on) n., *νήριον.* [*perperam editum est olim* PS. APVL. herb. 68 l. 8 (*falsa var. l. pro* arneon). 86 l. 13 (*e coni. pro* anarrinon).]

*nomen gr. fruticis, q. e. 'Nerium oleander' L.* (*ad rem v. Thüry, Carnuntum Jahrb. 2019, 64 sqq.*): PLIN. nat. 16, 79 rhododendron ... a Graecis venit; alii -um vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum fronde *eqs.* **(**24, 90. DIOSC. 4, 78 p. 44, 21 de -on: -on aut norodendron aut rodafni dicunt [*gr. 4, 81 -ον· οἱ δὲ ῥ., οἱ δὲ ῥ. καλοῦσι*]**)**. *formae corruptae*: GLOSS. III 541, 12 nidius id est lorandro (*sim.* 570, 6 nio).

*deriv.*: *cf.* nerinus.

**[nerma** *v. l. 71.***]** **neroīdēs** *v.* neur-.

**neru** CIL IV 5312 (*graphio scriptum*). *obscurum, nisi cogites de* nerv(us).

**nervālis,** -e. *a* nervus. *i. q. ad nervos pertinens*: SCRIB. LARG. 12 ad comitialem morbum ... herbam, quam iidem *Graeci* ⌊ocimoiden⌋, nos -em appellamus, oportet ... comesse **(***postea*: mentem ... restituit *ebrio.* ⌊ ⌋ *Sconocchia, ed. 2020* [*locum addas vol. IX 2, 411, 78*], oximidam *cod. T, πολύνευρον Ruellius***)**.

**nervātus,** -a, -um. *a* nervus. *i. q. nervis praeditus, non nisi fem. pro subst.* -a, *sc. herba* (*cf. ?*2. nervia, nervosa): GLOSS. III 548, 19 ⌊-a⌋: plantago (⌊ ⌋ nerutta [*vel* -tia] *cod.*, neurata *sim. proponit J. Schmidt, Hermes 18, 1883, 544*).

**1. nervia,** -ae *f.* [*v.* nervium. *Mei.*] *occurrit sing. l. 50. 63. 66, ceterum acc. plur.* -as. *genus testatur* NON. p. 215, 12 nervi masculini *generis* sunt, sicuti plerumque; -a feminini, apud doctos lectum est saepe (*affertur* VARRO *l. 53*) ...; neutri (*affertur Varro p. 616, 37*).

*i. q. nervus* (*pro syn. est* filum *l. 56*): **1** *de filis variis*: VARRO Men. 366 quemadmodum in psalterio extendamus -as **(***cf.* GELL. 9, 7, 3 [*e Suet.*] -as in fidibus ... alias digitis pelli, alias sonare [*cf. Cic. div. 2, 33* nervos ... resonare alios]**)**. FRONTIN. grom. p. 16, 19 ex omnibus *gromae* corniculis extensa ponderibus et inter se conparata fila seu -as ... perspicere. VET. LAT. iud. 16, 8 (cod. 100) *ad Samson vinciendum* adtulerunt ... VII -as humidas **(**[*gr. νευράς, Vulg.* funes]. *in eadem re*: 16, 9 [*ibid.*] disrupit Samson -as [*Vulg.* vincula, *gr. cod. Alex. νευράς, Vat. νευρέας ut 16, 7 νευρέαις, ubi cod. 100* nervis, *v. p. 619, 43*]**)**. **2** *de parte corporis* (*vix addas p. 616, 52*): TAB. devot. Audollent 135A, 7 (*saec. IV*$^{1}$) Malcio ... umerum, -as, ossu(m) (*vel potius* ossu(a)) ... defico. *in nomine herbarum*: DIOSC. gr. Vind. 3, 126 *Ῥωμαῖοι* ⌊nerbiam Satyri⌋, *sc. καλοῦσιν τὴν ὄρχιν* (⌊ ⌋ *Wellmann, Hermes 33, 1898, 405, sed νέρβιουμ Σατύρικουμ edidit idem 1906*; *ΑΙΕΡΙΑΝ ΣΑΤΥΡΙΟΥ cod.; ad rem cf. vol. IX 2, 930, 76 sqq.*). GLOSS. tragagantha (*i. tragacanthum*): -a de elefante (t.: -a. *cf. ibid.* nervus de elefante *sim.*).

*deriv.*: *cf.* nerviarius.

*?***2. nervia,** (-ae) *f.* *fem. pro subst. adiectivi a* nervus *derivandi, si recte coni.* *nomen herbae quodammodo ad nervum pertinens* (*cf. l. 45. p. 617, 56*): GLOSS. plantago: -a (*Goetz dubitanter,* nerma *vel* norma *trad.*).

**nerviārius,** -a, -um. *a* 1. nervia *vel* nervium. *i. q. pertinens ad nervos* (*sc. lora, corrigias*): CIL IV 1712 (*in taberna sutoris*) refeci scalpro ang(u)lato et sub(u)la -a (*v. Solin in: Härmä [ed.], Veikko Väänänen, 2012, 46 adn. 169*).

**[nerviceus** *falsa var. l. pro* -cus *l. 10.***]**

nervicus: **nervicōsus,** fortis GLOSS. *adi. a* 2. nervicus *derivatum* (*cf.* bellicosus *sim. et Leumann, Gramm. 1977, 341*).

**1. nervicus,** -a, -um. *a* nervus *pro gr. νευρικός.* *i. qui passione nervorum affectus est*: VITR. 8, 3, 5 nervi ... contrahuntur et ita aut -os aut podagricos efficiunt homines, *qui aquas insalubres bibere solent.*

**2. nervicus,** -a, -um. *a* nervus. GLOSS. *v. l. 2.* [*medii aevi est l. 20.*] *i. q. ad nervum pertinens, sc. de fune ex animalium nervis torto*: VVLG. iud. 16, 7 (*loq. Samson*) si septem -is funibus necdum siccis ... ligatus fuero (nerviceis *var. l. et edd. vet.*). VICT. VIT. 1, 43 -as cordas diruptas esse (*postea*: fortioribus cordis atque cannabinis).

*deriv.*: nervicosus.

**nervigalion** i(d est) pulligoro (pulicaris *Goetz in Thes. glossarum*) GLOSS III 570, 33. *obscurum; latere vid. nomen herbae gr. coniungendum cum γάλιον* (*cf. vol. VI 2, 1678, 71*).

**nervīnus,** -a, -um. *a* nervus. *i. q. ad nervum pertinens* (*ex animalium nervis factus l. 18*): VEG. mil. 4, 9, 1 nervorum ... copiam ... expedit colligi, quia onagri ... ceteraque tormenta nisi funibus -is intenta nil prosunt (4, 22, 2). PS. CYPR. cena 55 David -am *vestem accepit* (pronervicam *var. l.,* nervicam *Ioh. Diac.; intellegas vestem quodam modo chordas citharae figurantem, v. Modesto, 1992, 41 ad l.*).

**nerviōsus** *v.* nervosus *et cf. p. 615, 23.*

*?***nervitās,** -ātis *f.* *a* nervus *pro* nervositas, *nisi ita emendare malis.* *i. q. nervositas*: TAB. devot. Audollent 289B, 18 (*contextu corrupto*) -em (*sc. equis auferas? antea*: auferas illis ... somnum. *cf. l. 43*).

**nervium,** -ī *n.* [*fem.* 1. nervia *et neutr. plur.* -a *potius cum gr. νεύριον, νευρειή, νευρέα* (*p. 615, 59*) *conferenda vid. quam referenda ad fem. vel neutr. pro subst. adiectivi a* nervus *derivandi* (*cf. p. 615, 69*). *Mei.*] *litteris gr. l. 42.* *legitur tantum plur.* -a *praeter l. 54 et fort. p. 615, 64, sed vix vol. X 1, 2360, 2.* [*langob.* ñerf, *prov.* nervi, *cat.* nervi, nirvi, *hisp.* nervio (*cf. p. 618, 47*); *sard. mer.* nérvyu, nérƀyu *etiam i. q. 'tabula lignea, qua buris cum parte aratri vomere praedita iungitur', centr.* nérvyu, névryu *'flagellum, taurea', sept.* nerviu. *cf. M.-L. 5897. Battisti-Alessio IV 2574. Wagner II 162 sq. Wartburg VII 100. Coromines V 913 sq. Corominas-Pascual IV 223. Schd.-Cr.*]

*i. q. nervus*: **1** *de chordis lyrae*: VARRO Men. 368 Briseidem producere, quae eius *Achillis* -a tractare solebat (-as *var. l., sed neutr. testatur* NON. *supra p. 615, 51; imagine obscena simul respici vid. membrum virile, cf. p. 623, 74 sqq.*). **2** *de partibus corporis* **(***cf. l. 38; huc spectant* GLOSS. III 312, 14 *νεῦρα*: -a [351, 16 -a: *ν.*] *et fort.* GLOSS.$^{L}$ II Philox. NE 48 nerv⟨i⟩a: *νεῦρα***)**: *in defixionibus* (*saec. II et III*): TAB. devot. Audollent 252, 41 *οβλιγηντουρ ιλλι* (*sc. Sapautulo gladiatori*) *πεδες, νερβια.* 288B, 6 (*opisthographum*) auferas ab eis *equis* -a, vires, medullas (*item fere* 289B, 6). Année Épigr. 1911 n. 6 -a illis *equis* concidas (*inde corrigas* Audollent 287A ner⟨v⟩a, *cf. Jeanneret, La langue des tabl. d'exécr. lat., 1918, 82*). *in medicina*: ORIBAS. syn. 1, 32, 1 La p. 87, 13 (*add. St*) in ossis et in -a adposita quae sunt **(**[*om. gr., sed cf. coll. med. 10, 37, 1 τὰ πρὸς τοῖς ὀστοῖς κείμενα νεῦρα, Aa* nervorum, qui circa ossa sunt positi]. *item iuxta ponuntur*: 5, 53, 1 La p. 90 quae sunt firmissima ..., qualia sunt -a et o. sicciora [*Ab* in nervis et muscolis; *aliter gr.*]. 7, 51 add. Aa p. 198 ut -a et ipsa o. bitiari [*i.* vi-] dicantur**)**. 8, 15 (16), 3 La p. 225 desiccato toto corpore vel -a (*vix abl. fem., cf. enim gr. τὰ νεῦρα, Aa* desiccatis ... nervis). AGNELL. in Galen. sect. p. 24, 29 venae, arteriae et -a (24, 31. 74, 22. 86, 13. 116, 10 summitates a., -orum et v. 130, 14). 74, 24 *venenum* ⌊de⌋ -a redditum est in cerebrum (⌊ ⌋ *cf. vol. V 1, 43, 30 sqq.*). *?***3** *de vinculis*: SYNON. Gloss. I p. 82 n. 43 vincula[m] (*Goetz,* -um *Heraeus*). lautumia. nerv⟨i⟩a (*Heraeus*).

*deriv.*: *cf.* nerviarius. *compos.*: *?*platonervium.

**nervolārius** *v.* nervul-. **nervora** *v.* nervus *p. 618, 38.*

**nervōsē** *v.* nervosus. *Bk.*

※**nervōsitās,** -ātis *f.* *a* nervosus. **1** *i. q. qualitas eius, quod nervosum est*: PLIN. nat. 19, 9 -s filo *lini Retovini* aequalior paene quam araneis. ALEX. TRALL. 2, 204 accidunt ei *colo* dolores nimii propter pinguedinem et -em (*gr. II 335 νευρῶδες*). **2** *usu deflexo i. q. materies nervosa per totum corpus extenta* (*de cerebro descendere dicitur l. 74 sq.; accedit* omnis *l. 68. 73 sqq.,* tota *l. 67*): CAEL. AVR. acut. 1, 10, 71 in phreniticis afficitur male praetacta -s. 3, 18, 180 patitur ... tota -s. chron. 1, 1, 45 ex quibus *purgativis medicaminibus* stomachus inficitur et omnis -s vitiatur. 1, 4, 89 alternis diebus cibum sumat, ne passione affecta -s ... digestionis officium sustineat. 1, 4, 93 ne percussu frigoris -s afficiatur. 1, 5, 174. gyn. 1, 150 ne -e vitiata epilempsia vel ap[p]oplexia sequatur (*gr. p. 81, 14 τὸ νευρῶδες*). *al. apud eundem.* CASS. FEL. 1, 3. 1, 11 ab eis, quae ... omni -i contraria probantur. 8, 3 purgabis humorem ... a capite vel a fundo cerebri, unde omnis -s infunditur. 71, 1 *propter epilepsiam* cerebrum patitur et omnis -s a cerebro descendens. SORAN. p. 90, 14 *periculosum est,*

[McNamara]

si febres sint maxime acutae -sque omnis patiatur (*cf. gr. p. 140, 7 νευρικῆς*).

**nervospastos** *v.* neurospastos.

※**nervōsus,** -a, -um. *a* nervus. *scribitur etiam* -vio- (*cf.* nervia, nervium) *in codd. medii aevi, sc.* CHIRON 466 (*cod. Monac.,* -vo- *cod. Basil.*). 507. 518 PS. SORAN. quaest. med. cod. Carnot. 91, 1. 93. 94. 97. 98 ([-vo- *corr., ut* 99]; *isdem locis* -vo- *cod. Lincol.*). AGNELL. in Galen. sect. p. 88, 14. 130, 15; nerb- *l. 58.* *compar.* -ior *l. 19. 60 sq. et* PS. SORAN. quaest. med. cod. Lincol. 6 sq.; *superl. deest.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 406, 29 -us et lacertuosus. SYNON. Cic. p. 449, 11 validus. -us. lacertosus. GLOSS. II 375, 64 *νευρόσπαστος*: -us. GLOSS.[L] I Ansil. NE 410 sqq. (cod. Paris.) -us: valens vel constans. fortis. rigidus. robustus. 416 -um: durum. 417 (cod. Paris.) -um: resistens, firmum. *al.* *legitur inde a* CIC., CATVLLO; *frequentant auctores medici.* [*ed. e falsa var. l.* CHIRON 779 (-o *cod. Monac.,* numeroso *cod. Basil. et Colum. 6, 29, 2*).]

*i. q. nervis praeditus vel abundans*: **1** *proprie*: **a** *de animantis corpore eiusve partibus* (*earum qualitate e. g. l. 33. 41; accedit abl.* natura *l. 20. 32. 40*): CATVLL. 67, 27 ut quaerendum unde ⟨unde⟩ foret -ius illud, quod posset zonam solvere virgineam (*cf. p. 623, 74 sqq. et* VINDIC. epit. alt. 28 veretrum est oblongum, natura -um). LVCR. 4, 1161 *femina* -a et lignea *nominatur ab amante* 'dorcas'. OV. met. 6, 256 ictus erat, ... qua mollia -us facit internodia poples. CELS. 4, 1, 4 sub corde atque pulmone traversum ... saeptum est ...; idque -um. 4, 1, 6 stomachus ... -us. 4, 1, 9 *intestinum* late fusum atque sinuatum, minusque quam superiora intestina -um (AGNELL. in Galen. sect. p. 136, 6). 4, 1, 11. 5, 20, 1[A] si -us aut musculosus is locus est (5, 27, 2[A]. 7, 5, 1[A] si ... telum ... l. -a non transiit, nihil melius est quam ... id evellere. *al.* CHIRON 39 [= 466] l. exilia sunt et gracilia et -a [*cf. Hippiatr. gr. I p. 327, 3 κατάνευρον*]. *al.*). 7, 2, 2 tunica omnis -a est (7, 18, 1 *testiculi* t. conteguntur tenui, -a. 7, 18, 3. SORAN. p. 7, 12 una *matricis t.* foris levior est et alba durior et -a [*gr. p. 10, 3 νευρωδέστερος*]). 7, 7, 4[A] unguis *oculi* ... est membranula -a (*cf.* membrana: CAEL. AVR. chron. 3, 4, 57 peritoneos m., quae est natura -a. *al.*). PLIN. nat. 11, 198 nulla est ei *membranae* caro, sed -a exilitas. 11, 214 *medulla* est ... pinguis iis *animalibus,* quibus adips, sebosa cornigeris, -a ... ossa non habentibus. 22, 144 *lens* pulmoni est inutilis et capitis dolori -isque omnibus (*cf. Diosc. gr. 2, 107, 1 τὰ νευρώδη*). 23, 69 *decoctum* sanguinis profluvium e -is partibus cohibet (GARG. MART. med. 42, 1 *Dioscorides credebat māla* -is p. minime convenire). VINDIC. med. 9 vesica habet super se duos renulos -os. PHYSIOGN. 86 surae crassae atque -ae. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 33 est natura caput carnibus pauperum (*nom. sing. neutr.*) et -um. CASS. FEL. 46, 1 natura vesicae -a iudicatur. HIPPOCR. mul. 1 l. 635 debet ... consuetudo purgationis sine labore esse, ulcera non sint in matrice, quoniam in loco molli et cito sentiant et -a sunt (*gr. νευρώδει*). ORIBAS. syn. 4, 4, 3 Aa p. 7 semula ... et alica habundanter glyscros nutriunt humores, tenontes et -a (*gr. ἀπονευρώσεις. huc spectat etiam* PS. DEMOCR. med. 99, 7 *spissum humorem nutriunt* -ae carnes). 4, 7 Aa p. 8 (*sim.* La) flegmaticum humorem ... generant de animalia omnia -a quae fuerint (*gr. νευρώδη*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 22 p. 404[D] trames -us, quem arteriam ... prudentes appellant (*gr. νευρώδης*). *al.* **b** *de herba sim. eiusve partibus*: PLIN. nat. 21, 54 inter haec *trifolia* -i cauliculi quibusdam (*cf. Theophr. hist. plant. 6, 1, 4 ἐννευρόκαυλα*). 25, 123 aliqui neurada appellant, ... floribus parvis, radicibus multis, -is (*cf. Diosc. gr. 3, 15, 2 νευρώδεις. sim.* 27, 123 *neuras* radices habet ... -as). PS. APVL. herb. interpol. 1 l. 81 *una species plantaginis* est ... foliis ... -is. ORIBAS. syn. 2, 56, 1 La p. 119, 19 agaricus melius est ⌊membranas -as⌋ habens rectas (*gr. κτηδόνας*). *nomen est speciei plantaginis* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 171; cf. l. 54*): GLOSS. III 574, 34 plantago i(d est) -a. 593, 10 (= 614, 61) nerbosa: lingua berbicina (*sim.* 626, 68).

**2** *translate de homine forti, exercitato eiusve qualitate*: **a** *in loquendo vel scribendo*: CIC. Brut. 121 quis Aristotele -ior *in dicendo,* Theophrasto dulcior? TAC. dial. 25, 4 adstrictior Calvus, -ior Asinius (*Meiser,* nūosior *cod. unus,* numerosior *cett. et edd. vet.*). GENNAD. vir. ill. 85 Prosper ... sermone scholasticus et adsertionibus -us (*inde* MARCELL. chron. II p. 88, 463). MARCELL. chron. II p. 63, 392, 2 *Hieronymus* se luculentissimum interpretem et immensa epistularum suarum ⌊volumina⌋ -um catholicis exhibuit lectoribus (⌊ ⌋ v. ⟨condens⟩ *Mommsen in app.*). **b** *in moribus*: VAL. MAX. 8, 13 ext. 4 *Asinius Pollio* -ae vivacitatis haud parvum exemplum. PRVD. c. Symm. 2, 320 (*agitur de aetatibus hominis*) sanguine praecalido fervet -a iuventa.

*adv.* **nervōsē.** *compar.* -ius CIC.; *superl. deest.* *i. q. modo nervoso*: CIC. orat. 127 dicetur ... non Peripateticorum more ..., sed aliquanto -ius. off. 3, 106 -ius qui *philosophi* ista disserunt (*opp.* remissius). PLANC. Cic. fam. 10, 23, 6 praesta, ut vigilanter -eque nos ... subornes. AVG. c. Cresc. 1, 13, 16 p. 340, 4 cum mala causa diserte vel -e agitur.

*deriv.*: nervositas. *McNamara.*

[**nerus:** potestas deifica GLOSS.[L] I Ansil. NE 419 (*ex* III Abstr. NU 17 nurus: p. d., *corruptum pro* nutus?).]

**nervulārius,** -a, -um. *a* nervulus. *scribitur* -vol- *apud* VARRONEM, FEST., *cf. l. 8,* -vul- GELL., *cf. l. 6. 9.* *i. q. ad nervulum pertinens, non nisi fem. pro subst.* -a, *sc.* fabula, *in titulo com.:* *Naevii*: NON. p. 151, 2 Naevius -a (*Ritschl,* herularia *trad.*). *Plauti*: VARRO ling. 7, 68 in ⟨n⟩ervolaria (FEST. p. 145. 169. 181. 197. 229. 294). GELL. 3, 3, 6 cum -am Plauti legerem. NON. p. 127, 28 Plautus nervo⟨laria⟩. 169, 10 Plautus -a (aulu- *trad.*). *de variis notionibus agit Mantzilas, Boll. Stud. Lat. 46, 2016, 144 sqq.*

**nervulus,** -ī m. *a* nervus *deminutive.* NOT. Tir. 65, 87[a] -us (*cod. V et ed. Gruteri*). *i. q. nervus parvus* (*in sermone blandientis de vi, gravitate sim.*): CIC. Att. 16, 16[c], 13 *Plancus id* faciet, si tu, *Capito,* -os tuos mihi saepe cognitos suavitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris (*cf. 12* scio ..., quantum ... apud eos ... posse soleas).

*deriv.*: nervularius. *Bk.*

※**nervus,** -ī *m.* (*n. v. l. 34 sqq.*). [*vox* *neu̯r- *suffixo* -o- *aucta venit a stirpe* *sneə$_1$-ur (*oblique* *sn̥ə$_1$-u̯én-) *'nervus', cui radix* *sneə$_1$- *'neo' subest, cf. ind. vet.* snā́van- *n., gr. νεῦρον n., armen.* neard, *tochar. B* ṣñaura (*plur.*) *'nervus', avest.* snāuuarə.bāzura- *'bracchiis nervosis praeditus'; ad metathesin* *neuro- > nervus *cf.* parvus *cum gr. παῦρος* (*et lat.* pau-cī). *cf. Walde-Hofmann II 165; Leumann, Gramm. 1977, 101; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, [2]2001, 571 sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 407; Weiss, Hist. and Compar. Grammar of Latin, 2009, 157. Mei.*] *de origine*: GELL. 13, 23, 9 *Graeci* vincula et firmamenta membrorum *νεῦρα* dicunt, unde nos quoque latine -os appellamus. ISID. orig. 11, 1, 83 -i graeca derivatione appellati, quos illi *νεῦρα* vocant; alii latine vocatos -os putant, eo quod artuum coniunctiones invicem his inhaereant. *scribitur* nerb- *hic illic in codd. rec., e. g.* VVLG. gen. 32, 25 (*cf. l. 39*). *notatur* ne TAB. devot. Kropp, Defixiones, 2008 n. 9 (*e Moesia, saec. II[1]; si recte solvitur*), *fort.* nerv *p. 615, 38.* NOT. Tir. 65, 87 -us. *de genere et formis: masc. testantur* NON. p. 215, 11 EXC. Bob. gramm. I 552, 30 PROB. app. gramm. IV 197, 16. GLOSS.[L] I Ansil. NE 403 (*affert p. 620, 21, ubi tamen genus discerni non potest*), *neutr. occurrit p. 619, 26, fort.* TAB. devot. Audollent 287A (*ex Africa, saec. II/III? sed cf. p. 616, 45*) *et p. 616, 41. 57 (v. etiam l. 38); nom. sing.* -os *p. 619, 18. 623, 72. 624, 22 (cf. l. 69), sc. in codd. rec.* (*testatur* PROB. cath. gramm. IV 19, 15), *acc. sing.* -om *in codd. vet. e. g. p. 619, 3. 8, plur. heteroclit.* -ora PASS. Georg. rec. e 4 (*addas* a 1 nerbona. *cf.* armora *vol. II 622, 25 sqq. et v. Stotz, Handb. zur lat. Sprache des Mittelalters IV, 1998, 105; Leumann, Gramm. 1977, 450*). *de notione*: CHAR. gramm. p. 456, 39 -us: *νεῦρον.* GLOSS.[L] Corp. N 97 -us: sionu (*anglosax.*). *sim. al.; v. etiam l. 66 sqq. p. 624, 66.* *legitur inde a* LEGE XII tab., PLAVTO, TER., CATONE *per totam latinitatem; vocem frequentant maxime* CELS. (*plus 150[ies]*) *et* PLIN. nat. (*plus 130[ies]*); *abiit in serm. gr. νέρβος, v. Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v.* [*a serm. docto medicorum haud aliena sunt it.* nerbo, nervo *et var. dial., raet. occ.* ñiərf, *centr.* nèrf, nièrf, *or.* ñerf, *francog.* nerf, *hisp. vet. et arag.* nierνο (*nisi per metathesin e* nervio *sec. Corominas-Pascual*), *port.* nervo. *cf. M.-L. 5898 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2572. 2574. Cortelazzo-Zolli[2] 1034 sq. Kramer V 37. Wartburg VII 100 sqq. Corominas-Pascual IV 223. Houaiss[2] 2011. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. maxime c.* verbum, *v. p. 621, 55* (*in falsa var. l.* SEN. contr. 2, 7, 3; *falso trad.* LVCR. 4, 551; *restit. p. 624, 74*).]

*fere i. q. νεῦρον* (*quod gr. resp., nisi aliud adnotavimus*): **I** *proprie* (*in imag. e. g. p. 619, 30. 620, 36. 621, 38 sqq.*): **A** *in corpore animantium* (*in statuaria effictorum p. 622, 21*): **1** *de ligamine, quo musculus ossi adnectitur, tenonte* (*ceterum indicant -i hic illic musculos, e. g. p. 623, 30 sq. 65, vel ligamenta articulorum, e. g. p. 622, 5. 17, et inde articulos ipsos, e. g. p. 622, 46. 48. 72* [*v. André, Vocab. latin de l'anatomie, 1991, 208 sq.*]): **a** *strictius*: **α** *vi communi*: ① *adhibetur in usum*: Ⓐ *quolibet contextu*: ① *ad impediendum, capiendum* (*huc spectare vid.* FEST. p. 173 [*loco manco*]): ⓐ *de genere quodam vinculi lignei vel ferreo primitus, ut ex ipsa voce elucet, etiam e -o composito, quo homines puniendi vel retinendi (maxime debitores, martyres) alligantur, constringuntur* (*sc. parte pro toto posita; ad rem v. e. g. Schnorr von Carolsfeld, RE XVII 1, 1936, 64 sq.; Adams, Glotta, 1990, 242 sq.; cf.* FEST. p. 165 -um appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes inpediuntur; quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait [*affert p. 619, 7*]. SYNON. Cic. p. 449, 14 vinculum. catena. carcer. -us. custodia. GLOSS.[L] II Philox. NE 49 -os: *ξυλοπέδη⟨ν⟩* [*nisi pro nom. accipiendum*]. *sim. al.; cf. etiam p. 619, 9*): ⓐ *varia exempla* (*disting.* carcer *e. g. l. 75. p. 619, 4. 11* [*cf. p. 619, 33. 35*], compedes *l. 73 [bis]. 75. p. 619, 12. 15*): LEX XII tab. (Gell. 20, 1, 45) ni *debitor* iudicatum facit ..., *creditor* vincito aut -o aut compedibus ([*huc spectat* GELL. 20, 1, 44 -o ... aut compedibus vinciebantur]. PLAVT. Capt. 729 *servus* noctu -o vinctus custodibitur). PLAVT. Asin. 549 (*inter vincula servorum*) compedes ..., -os, catenas, carceres, nu-

mellas, pedicas, boias *eqs.* Aul. 743 ut apud me *senem* te *adulescentem* in -o enicem. Curc. 718 *leno,* in -o iam iacebis, nisi mi argentum redditur. 723 ego te *lenonem* in -o⟨m⟩ ... hinc rapiam, ni argentum refers (Rud. 876). Poen. 1409 leno, quando ex -o emissu's, conpingare in carcerem (*cf. 1365* lignea in custodia). Rud. 889 in collumbari collus haud multo post erit; in -om ille *leno* hodie nidamenta congeret. frg. inc. 15 perfidiose captus ... -o cervices probat. *al.* TER. Phorm. 325 o vir fortis ...! verum hoc ... vereor, ne istaec fortitudo in -om erumpat denique (SCHOL. Ter. p. 131, 31 in vincula. GLOSS.[L] III Abol. IN 15 in cataracta⟨m⟩. *cf. l. 21; vix recte explicatur p. 620, 15*). 696 quom argentum repetent, nostra causa scilicet in -om potius ibit *Phormio.* CATO orat. 158 -o, carcere, moletrina. 172 fures privatorum furtorum in -o atque in compedibus aetatem agunt. NOVIVS Atell. 47 actutum scibis, cum in -o nictabere. LIV. 6, 15, 9 eximendo de -o cives. 6, 36, 12 faenore circumventam plebem ... corpus in -um ac supplicia dare. 8, 28, 8 ne quis, nisi qui noxam meruisset, ... in compedibus aut in -o teneretur. *al.* QVINT. inst. 6, 3, 72 cum ... accusator ... nudum eum in -o ... pinxisset. IVV. 6, 365[13] pars ultima ludi accipit ⟨h⟩as animas aliusque in carcere -ōs. PASS. Perp. 8, 1 die, quo in -o mansimus, ostensum est mihi hoc. CYPR. epist. 39, 2, 2 *martyr* per *tot* ... dies custodia carceris saeptus in -o ac ferro fuit (*postea l. 37*). DON. Ter. Phorm. 324, 5 (*ad l. 8*) *Romae* saepe in -um coniciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi (VEREC. in cant. 4, 26 l. 39). HIER. tract. p. 514 l. 259 finge aliquem in latrocinio esse deprehensum: hunc missum esse in carcere tenebroso, ... in -o et tormentis (*cf.* mittere in -um: VVLG. II par. 16, 10 *rex* iussit eum *videntem* mitti in -um. Ier. 20, 2 *sacerdos* misit eum *Ieremiam* in -um, quod erat in porta Beniamin superiori [HIER. '-um' diximus more vulgari, quod tormenti genus ... in actibus apostolorum, *sc. l. 34,* legimus]. 29, 26 ut mittas eum in -um et in carcerem). VVLG. Ier. 20, 3 *sacerdos* eduxit ... Hieremiam de -o. *al.* *in imag. de actione amplectendi*: PLAVT. Poen. 1269 condamus alter alterum ... in -om bracchialem. (β) *-o dicuntur vinciri crura, pedes*: TERT. mart. 2, 10 nihil crus sentit in -o, cum animus in caelo est. VET. LAT. act. 16, 24 (Lucif. non parc. 27 l. 72, *sim. al.*) *custos* misit eos in imam carceris et pedes eorum in -o conclusit (*gr.* εἰς τὸ ξύλον, *cod. 5 et Vulg.* in ligno. *huc spectat e. g.* AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 49, 1 Paulus ... et Silas trusi in carcerem, cum in -o pedes haberent *eqs.*). CYPR. epist. 39, 2, 2 (*antea l. 20*) quamvis ligati -o pedes essent. VVLG. Iob 13, 27 posuisti in -o pedem meum. RVFIN. hist. 5, 1, 27 septimo, ut dicunt, puncto in -o pedes *martyrum* ... distenti (*gr.* ἐν τῷ ξύλῳ). PAVL. NOL. carm. 15, 184 stat manibus colloque chalybs -oque rigescunt diducente pedes. *al.*

ⓑ *cetera exempla*: GRATT. 90 *periti venatores* cervino iussere ... contexere -o *laqueos curraces* (*cf. p. 621, 24*). VET. LAT. iud. 16, 7 (cod. 100, *sim.* Aug. loc. hept. 7, 57; *loq. Samson*) si aligatus fuero VII -is humidis, qui nondum sicci sint (*gr.* ἐν ἑπτὰ νευραῖς, *Vulg.* septem nervicis funibus. *cf. p. 615, 58*). *in imag.*: PRVD. apoth. 202 (*de argumentatione captiosa philosophorum*) consule ..., quos texit Aristoteles torta vertigine, -os. ham. 138 facili ... ligamine tortas innectit pedicas -osque in vincula tendit *diabolus.* AVG. serm. 9, 14 non invenimus chordam, quo -o ligemus fugitivum istum, *sc. peccatorem peccata sua non agnoscentem*? QVODV. prom. 2, 22, 43 (*spectat ad Ioh. 8, 4sq.*) *Pharisei* -orum velut ex lege vinculis se crediderant ligasse Iesum.

② *ad iaciendum* (*iuxta ponitur* ammentum *l. 67. p. 620, 23*): ⓐ *de machinarum loro, fune sim. (de eorum materia e. g. l. 58. 65), quibus tela, lapides proiciuntur*: PLAVT. Curc. 690 (*loq. miles*) ex te *lenone* ... faciam pilum catapultarium atque ita te -o torquebo, itidem ut catapultae solent. OV. met. 8, 357 ut ... volat moles adducto concita -o (SIL. 1, 334 a. ... -is ... effundit vastos ballista molares. *cf. l. 75*). VITR. 10, 10, 1 -i torti, qui bracchia *ballistarum sim.* continent. 10, 11, 9 e -o ... tortis rudentibus. *al.* LVCAN. 6, 198 tortilibus vibratā falaricā -is (AMM. 15, 12, 1 emittere ... pugnos ut catapultas t. -is excussas. 23, 4, 2 stilus ... multiplici chorda -orum t. illigatus. *cf. l. 58*). EPIT. Alex. 41 saxa -is missa scorpionis. AMM. 23, 4, 3 cum ad extremitatem -orum acumen venerit summum, percita interno pulsu a ballista ... avolat *sagitta.* VEG. mil. 4, 22, 4 onager ... pro -orum crassitudine et magnitudine saxorum pondera iaculatur (*cf. p. 623, 52*). ANON. de mach. bell. 18, 1 -i funis ... unco tractus ... sagittam ... in hostem dimissus impellit. OROS. hist. 6, 11, 3 pluvio die, cum hostilium machinarum agmenta -ique elanguerant. *al.* ⓑ *de arcus funiculo, quo sagittae emittuntur* (*fort. meton. de arcu ipso p. 620, 18sq. sec. Spaltenstein, comm. 2004, ad loc.*): ACC. trag. 545 tendens -o equino concita tela (VERG. Aen. 9, 622 *Ascanius* -o ... e. contendit telum [SERV. auct. quia in arcubus -i e. solent esse]. OV. Pont. 1, 2, 19). VERG. georg. 4, 313 *apes* erupēre ... ut -o pulsante sagittae. Aen. 5, 502 -o stridente sagitta ... diverberat auras. 11, 862 *dea arcum tendens tangebat* laeva aciem ferri, dextra -oque papillam (*cf. Hom. Δ 123* νευρὴν ... μαζῷ πέλασεν *et p. 620, 21*). *al.* OV. met. 1, 455 *Apollo Cupidinem* viderat adducto flectentem cornua -o (*cf. p. 619, 56 et* SIL. 2, 127 ducti spatium -i complente sagitta). 6, 243 ⌊cum tento⌋ concita -o ... traiecit utrumque sagitta ([⌊ ⌋ contento, contorto *var. ll.*]. SEN. apocol. 12, 3 vers. 10. LVCAN. 8, 296 letalis tendere -os. 8, 383. PRIAP. 68, 33 *v. p. 624, 21. al.; cf.* contendere: MANIL. 4, 347. intendere: SIL. 14, 398 CLAVD. carm. min. 9, 38). 6, 286 sonuit contento -us ab arcu (SIL. 2, 91 senior ... muris tela sonante fugat -o. *cf. l. 22. 31 et p. 619, 73*). 8, 381 *Atalanta* sagittam inposuit -o sinuatoque expulit arcu. *al.* LIV. 38, 29, 6 *ut* glans ... velut -o missa excutiatur (*opp.* fluxā habenā). MANIL. 5, 295 iaculum torquere lacertis et calamum -is. GERM. 307 cum *sol* contigit ... ducentem ... ferum, *sc. Sagittarium,* sinuato spicula -o ([*cf. l. 12*]. SEN. Herc. f. 1198 arcum flectere, ... sinuare -om). SEN. Thy. 862 *Sagittarius* rupto perdet spicula -o ([*cf. l. 10*]. APVL. met. 2, 16, 6 [*in imag. pro pene*] arcum meum ... vigorat⟨e⟩ tetendi[t] et oppido formido, ne -us rigoris nimietate rumpatur. DON. Ter. Phorm. 324, 6 quod immoderatae ... vires adducendo arcu ... -um rumpant). *al.* LVCAN. 7, 141. 8, 221 arcus Geticis intendite -is. LAVS Pis. 143 Gnosius ... exempto ... laxat cornua -o. PLIN. nat. 26, 47 -os ... in arcu circumdatos lanis. VAL. FL. 3, 182 diversa Sagen turbantem fallere -o ... ausus *est* Hylas. *al.* SIL. 1, 323 *Hannibal* hydro imbutas ... sagittas contendit -o. *al.* STAT. Theb. 9, 866 sqq. *Parthenopaeus* ⌊cornua contingit mucrone et pectora -o⌋ (*cf. p. 619, 74*), cum ... cuspis (868) fertur in adversum -ique obliqua sonori vincla secat. QVINT. inst. 9, 4, 9 (*8* hastam ... arcu) mihi compositione velut ammentis quibusdam -isve intendi et concitari sententiae videntur. FRONTIN. strat. 4, 7, 30 arcus ... madentibus -is inhabiles factos. AVIEN. orb. terr. 240 pontus ... Scythici speciem facit arcus; ... *ora* continuum ... iacens rigidi sub imagine -i tenditur (*item comparatur forma maris Pontici cum arcu*: AMM. 22, 8, 10 in speciem Scythici arcus -o coagmentati. 22, 8, 20 ora maritima ... -i efficit speciem duabus arcus summitatibus complicati. PRISC. periheg. 148 [*gr. 158* νευρῆς]). HIER. c. Lucif. 13 quae *sagitta* contorto (contento *var. l.*) -o dirigitur. CORIPP. Ioh. 8, 512 raucisonis ... -is. *al.*

③ *cetera exempla; -us adhibetur*: ⓐ *ad varia*: VARRO rust. 3, 5, 13 inter columnas exteriores pro pariete reticuli e -is sunt. HOR. sat. 2, 7, 82 tu, mihi qui imperitas, ... duceris ut -is alienis mobile lignum (*item de filis, quibus neurospasta agitantur*: PERS. 5, 129 [*in imag.*] *te libero nihil* extrinsecus intrat, quod -os agitet). TAB. Vindol. II 343, 3 a Marino -i pondo centum explicabo. TER. MAVR. 15 -is mollibus invicem iunctis in teretem struem, *i. funiculum ad aquam e puteo hauriendam aptum.* AMM. 31, 15, 11 ut -is ferrum lignumque conectentibus ante iactum incisis emitterentur arcu sagittae. PRVD. psych. 127 *Virtus* induerat thoraca umeris squamosaque ferri texta per intortos commiserat undique -os. ⓑ *ad firmandum* (*respic. scuta; sunt qui praeter necessitatem intellegant 'corium'*): SIL. 4, 291 fugit illa *hasta* per oras multiplicis lini subtextaque tegmina -is. TAC. ann. 2, 14, 3 non loricam Germano, non galeam, ne scuta quidem ferro -ove firmata. ⓒ *ad distendendum, torquendum* (*cf. p. 619, 38*): PASS. Bonos. (BHL 1425) 10 eam ... in eculeo suspendi et attrahi -is. Euseb. soc. (BHL 2742) 6 extendi -is et caedi fustibus. Stephan. (BHL 7845) 17 illum extendi in eculeo et -is diutius contorqueri. ⓓ *ad caedendum, verberandum*: PASS. Claud. Ast. 2, 5 virgis ... et durissimis -is dorsum eius ... contundite (*loq. praeses provinciae ut*: 3, 2 -is dorsum eius concidite. Pont. Cim. [BHL 6896] 12 [*nisi ad l. 45 sqq.; an ad p. 618, 62 sqq.? inter tormenta*] eculeum, ungulam, faculas, lardum, -um). Iust. Terg. 3, 6 eum extensum -is crudis caedi (Restitut. [BHL 7197] 2 -is c. latera eius ... lacerari).

Ⓑ *in musica de lyrae, citharae sim. chorda* (*quae vox pro syn. iuxta ponitur l. 60. 61. p. 621, 1. 12 [cf. p. 619, 48]; de lyra ipsa, sc. per meton., cogites maxime p. 621, 18*): CIC. S. Rosc. 134 ut ... cantu vocum et -orum et tibiarum ... vicinitas personet (Tusc. 1, 4 nat. deor. 2, 146). de orat. 3, 216 voces, ut -i in fidibus, ita sonant, ut motu animi quoque sunt pulsae; nam voces ut chordae sunt intentae (AVG. serm. 243, 4. DRAC. Romul. 7, 32 *puellae* quatiant ... pectine chordas et vocis textura sonet -ique loquaces. *adde p. 621, 11. 15*). Brut. 199 ut ... ex -orum sono in fidibus, quam scienter ei pulsi sint, intellegi solet, sic *eqs.* (*al., v. vol. X 1, 1018, 28 sq.; cf.* pulsare -os: SIL. 5, 463. 11, 459). rep. 6, 18 *orbium cursus* septem efficiunt ... sonos ...; quod docti homines -is imitati atque cantibus *eqs.* (*item respic.* *numerus -orum*: leg. 2, 39. VARIVS trag. 4 primum huic *Mercurio* -is septem est intenta fides. HOR. carm. 3, 11, 4 testudo, resonare septem callida -is. AVG. doctr. christ. 2, 66 quae *lex musicae* ad tantum -orum numerum cogat *decem chordarum psalterium.* BOETH. mus. 1, 1 p. 182, 2). nat. deor. 2, 150 ad -orum eliciendos sonos ... apta manus est (QVINT. inst. 1, 4, 7 PRVD. ham. 317. BOETH. arithm. 2, 50, 1 l. 8 medii -i. *adde l. 62; cf.* sonitus -orum: AMM. 30, 1, 20). *al.* VERG. Aen. 9, 776 numeros ... intendere -is (SERV. rhythmos facere intentione -orum). PROP. 3, 3, 4 reges, Alba, tuos ... -is hiscere posse meis (*sunt qui [simul] ad IIB2 trahant*). 3, 3, 35 haec *Musa* carmina -is aptat. OV. met. 5, 340

[*Cè*]

Calliope ... praetemptat pollice chordas atque haec percussis subiungit carmina -is (*al., v. vol. X 1, 1243, 26sqq.*). *al.* MANIL. 4, 154 per ... -is insita verba ingenitumque sonum. SEN. epist. 88, 9 quomodo -orum disparem reddentium sonum fiat concordia (QVINT. inst. 5, 10, 124). LAVS Pis. 175 quamvis ... obstreperet modulatis bucina -is **(**CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 15 *Orpheus* modulatus pectine -os [*14* fila canora lyrae]**)**. QVINT. inst. 1, 12, 3 *citharoedi* alios -os dextra percurrunt, alios laeva trahunt, continent, praebent. *al.* APVL. flor. 15, 9 *statuae manus* laeva ... -os *citharae* molitur. TERT. coron. 8, 2 si -os idem *Mercurius* in sonum strinxit. LACT. opif. 16, 14 -i bene intenti (BOETH. mus. 1, 3 idem -us, si intendatur amplius, acutum sonat, si remittatur, grave. *al. in eodem opere*). DIOM. gramm. I 485, 7 in chordis extremus -us appellatus est *νήτη*. AVIEN. Arat. 634 *Cygnus* ora canoros tenditur ad -os *Lyrae.* AMBR. Iac. 1, 8, 39 resolutis -is *citharae* (*cf. p. 622, 61*). AVG. in psalm. 149, 8 -i, quanto plus fuerint extenti, tanto acutius sonant **(**[*sim.* PROSP. in psalm. 149, 3]. PS. ORIG. in psalm. 91, 7 quid ... cithara nisi -us ligno extensus?**)**. DRAC. Romul. 1, 2 Orpheum ... cantitasse dulce carmen voce, -o, pectine. 7, 40 oscula nectantur ... et -o cedente sonet nova murmura lingua. *al.*

ⓒ *in medicina vel magia*: PLIN. nat. 28, 101 -is a dorso ... *esse* suffiendos ⌞-orum dolores⌟ **(**[*ad p. 623, 26sqq.*]. *respic. -i hyaenae ut*: 28, 102 renium -os potos in vino ... fecunditatem restituere ademptam veneficio**)**. 28, 116 *chamaeleonis* armum dextrum ad vincendos adversarios ... valere, utique si abiectos eiusdem -os calcaverit. 29, 67 *draconis* cordis pingue in pelle dorcadum -is cervinis adalligatum in lacerto conferre iudiciorum victoriae plurimum (*ibid. iterum.* 30, 91 magis placet draconis cauda in pelle dorcadis adalligata c. -is. *cf.* 29, 68 *quibusdam rebus* adalligatis cervino corio -isque cervi alternatis et dorcadis. *v. etiam p. 619, 41*). 30, 149 non lassescere in ullo labore, qui -os ex alis et cruribus gruis habeant. 32, 139 *Venerem concitant* -i rubetae dextro lacerto adalligati. PLIN. med. 3, 18, 5 vulturis -os tollis et eos -os circa manus laborantis *lethargo* ligabis **(**PLIN. phys. Bamb. 53, 1 -os v. de alis adponat et statim dolore(m) [*acc. pro subi.*] sedabitur. *ibid.* -os v. ... munditer servare debebis**)**. PLIN. phys. Sang. p. 252 l. 9 canem quando inveneris occisum, tollis illi de posteri⟨ori⟩bus pedibus -os.

(II) *in universum* (*iuxta ponuntur aliae partes corporis, e. g.* articulus *l. 55. p. 622, 10. 623, 16. al.,* artus *l. 44. p. 622, 48. 55. al.,* musculus *l. 66. p. 622, 64. 623, 46. al.,* os *l. 61. 70sqq. p. 622, 4. 623, 14. al.*): Ⓐ *de -is quibuslibet*: ① *respectu vario*: ⓐ *in imag.*: (α) *quolibet contextu*: TER. Eun. 312 si adeo digna res est, ubi tu -os intendas tuos (HIER. adv. Rufin. 3, 16 -os ... loquacitatis. AVG. pecc. mer. 1, 20, 26 nisi pertinacia pugnaces -os adversus constantiam ... veritatis intendat). CIC. Verr. I 35 in quo *onere* omnes -os aetatis industriaeque meae contenderem (*al., v. vol. IV 663, 8sqq.; cf. p. 624, 70*). *al.* Q. CIC. pet. 39 -os atque artus esse sapientiae non temere credere. CIRIS 43 quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes, nunc primum teneros firmamus robore -os. GELL. 2, 3, 4 in his ... verbis ... litterae ... istius, *sc. 'h',* nulla ratio visa est, nisi ut firmitas et vigor vocis quasi quibusdam -is additis intenderetur. APVL. Plat. 2, 21 p. 249 *Plato* fortitudinem -os animi ipsasque cervices ait. TERT. resurr. 30, 2 (*respic. Ezech. 37, 1sqq.*) *statum Iudaeorum* recorporari carnibus facultatum et -is regni. AVG. gen. ad litt. 3, 17 p. 83, 8 piae fortitudinis -os ad omnia praeparare. NOVELL. Maior. 7 pr. curiales -os esse rei publicae ac viscera civitatum (*cf. p. 625, 39sqq.*). IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 7, 3 adtende ... catholicae fidei -os. *al.* (β) *in arte rhetorica* (*cf. IIB1*): RHET. Her. 4, 11, 16 quod *genus orationis* appellamus dissolutum, quod est sine ⌞-is⌟ et articulis (⌞ ⌟ *man. alt. cod. unius,* verbis *cett.*). CIC. de orat. 3, 106 qui *loci* ... proprii causarum et inhaerentes in earum -is esse debent. QVINT. inst. 1 prooem. 24 nudae illae artes *eloquentiae* ... ossa detegunt, quae ut esse et adstringi -is suis debent, sic corpore operienda sunt. 5, 8, 2 *cetera* in ... ornamentum argumentorum comparantur -isque illis, quibus causa continetur, adiciunt inducti super corporis speciem. decl. 270, 2 ostendere ossa et -os controversiae (*postea*: in declamatione vestienda sunt haec, *sc. carne*). *al.* TAC. dial. 21, 8 oratio ..., sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae nec ossa numerantur, sed ... bonus sanguis implet membra ... ipsosque -os rubor tegit. PLIN. epist. 5, 8, 10 hanc *orationem* saepius ossa, musculi, -i, illam *historiam* tori quidam et quasi iubae decent.

ⓑ *cetera exempla*: VARRO Men. 432 locat sibi amiculam de lacte et cera ... sine osse et -is. LVCR. 2, 670 quamvis (*pron.*) animantem ex omnibus unam ossa, cruor, venae, ... viscera, -i constituunt (*sim. dicuntur -i esse pars hominum*: SEN. nat. 2, 3, 2 pars est nostri oculus, manus, ossa, -i. PRVD. ham. 941 corporis ... hospitium -is, cute, sanguine, felle, ossibus exstructum). 3, 171 vis ... teli ossibus ac -is disclusis intus adacta (*cf.* OV. met. 6, 389 detecti ... patent -i *Marsyae.* LVCAN. 9, 778 vincula -orum et laterum textura cavumque pectus ... morte patet. DRAC. laud. dei 2, 120 ossibus et -is resoluta carne retectis). 3, 217 animam totam perparvis esse ... seminibus nexam per venas, viscera, -os (*sim. de anima vel animo cum -is conexis*: 3, 567 ⟨per⟩ venas et viscera mixtim, per -os atque ossa tenentur corpore ab omni *anima et animus.* 3, 691. 697. *al. apud eundem*). *al.* CIC. nat. deor. 2, 139 -os, a quibus artus continentur. *al.* VERG. Aen. 10, 341 dextera ... ex umero -is moribunda pependit. HOR. carm. 1, 28, 13 nihil ultra -os atque cutem morti concesserat *Euphorbus* (PORPH. nihil praeter corpus). OV. met. 15, 525 (*loq. Hippolytus*) excutior curru lorisque tenentibus artus viscera viva trahi, -os in stipe teneri ... videres. SEN. contr. 10, 5, 17 cadaverum artus rescindi, ut -orum articulorumque positio cognosci possit. CELS. 5, 24, 3 quod *linimentum* fit ad ulcera purganda ..., maxime inter -os. *al.* SEN. dial. 4, 1, 2 ossa -ique et articuli, firmamenta totius *corporis* et vitalia (*cf.* epist. 102, 25 ossa -ique, firmamenta fluidorum ac labentium). *al.* LVCAN. 3, 613 illa *manus* ... nisu, quo prenderat, haesit deriguitque tenens strictis immortua -is (*item de -is manus abscisae*: CLAVD. 5, 439 *Rufini* dextera ... cogitur adductis digitos inflectere -is). *al.* PLIN. nat. 11, 217 -i ... in omnibus *animalibus* ... applicati ossibus nodosque corporum, qui vocantur articuli, ... ligantes. 11, 247 ungues clausulae -orum summae existimantur (*cf.* TERT. anim. 51, 3 ungues ... cum exodia -orum sint *eqs.*). 34, 59 *artifex quidam* primus -os et venas expressit capillumque diligentius (*item in statuis*: PLIN. epist. 3, 6, 2 ossa, musculi, -i, venae ... ut spirantis adparent). *al.* SIL. 4, 209 *quidam feritur,* umero qua bracchia lenti annectunt -i. QVINT. inst. 11, 3, 55 quae *corpora* ... -is parum sustinentur. APVL. Plat. 1, 16 p. 214 visceribus ossa sunt tecta; eadem revincta sunt -is (*cf.* AMBR. hex. 6, 9, 73 ossa ... omnia tenui operta sunt viscere et revincta -is). VET. LAT. Ezech. 37, 6 (Tert. resurr. 29, 7, *sim.* VVLG.; *verba dei*) *ossa arida,* dabo in vos ⌞-os⌟ et reducam in vos carnes **(**[⌞ ⌟ *Kroymann,* spiritum *trad.*]. *item restituuntur -i resurgentium*: PRVD. cath. 9, 102 ossa, -os et medullas glutino cutis tegi. DRAC. laud. dei 3, 693 iam -is membra ligantur, iam tegit ossa cutis. CARM. de resurr. 157**)**. PS. HIPPOCR. ad Maecen. 2 ossa -is munita virtutem corpori praestant. *al.*

② *respicitur integritas, valetudo sim., sc. -i (eorum vincula l. 48) vulnerantur, laeduntur sim. nec non curantur, valent*: ⓐ *exempla varia* (*saepius in imag.; cf. p. 625, 27*): LVCIL. 919 (*nisi ad II*) concedat homini id, quod velit, deleniat, corrumpat prorsum ac -os omnis eligat **(***in imag. ut*: LIV. 7, 39, 6 -os coniurationis electos [*Gebhard,* eiectos *codd.; cf. l. 41*] arte consulis cernentes *milites***)**. CIC. leg. agr. 2, 47 *decemviri* incidant -os populi Romani **(***al. in imag., v. vol. VII 1, 908, 75sq.; proprie*: LIV. 37, 42, 5 gladio -os *elephantorum* incidere. CELS. 5, 26, 23[G]. 7, 5, 1[C]. *al. [e. g. p. 623, 4], v. ibid. 908, 76sqq.***)**. 2, 91 (*in imag.*) -is omnibus ⟨ex⟩ urbe eiectis (electis *Madvig*). *al.* LVCR. 3, 490 *morbo comitiali correptus* extentat -os, torquetur. 5, 928 genus humanum *priscum* ... validis aptum per viscera -is (CELS. 8, 11, 3 cum v. -is comprehendantur *articuli. al.*). 5, 1332 *iumenta* ab -is succisa ... concidere (*cf. l. 52sqq.*). *al.* HOR. epist. 1, 15, 6 cessantem -is elidere morbum. OV. met. 12, 567 rupti vulnere -i deficiunt (CELS. 8, 11, 3. *al.* PLIN. nat. 20, 243 *p. 623, 22. cf.* LVCAN. 6, 217 -orum ... vincula). *al.* LIV. 21, 40, 9 praeusti artus, nive rigentes -i, membra torrida gelu (MARCELL. med. 18, 9 -i r. et offensi. *al.*). 21, 58, 9 torpentibus rigore -is (SEN. nat. 3, 21, 1 -os velut ebrietate torpentes. GARG. MART. med. 29, 20. *cf.* SIL. 4, 40 agmina ... gelu torpentia -os). 44, 28, 14 *equorum* parti -os succiderunt ... Macedones (*cf. l. 45; in imag.*: AMM. 28, 1, 46 in succidendis familiarum nobilium -is. HEGES. 5, 1, 5 sanguine, incendio, ... fame totius urbis -i succidebantur. *al.*). VITR. 8, 3, 5 quae *faex* per potiones cum ... -os attingit et artus, eos durat inflando; igitur -i inflatione turgentes e longitudine contrahuntur (*al., v. vol. IV 758, 30sqq.*). VAL. MAX. 2, 6, 1 tenacissimos patriae -os externarum deliciarum contagione solvi et hebetari (*in imag. ut*: 7, 2, 3 prisci roboris -os h.). 3, 8 ext. 6 ex nimio haustu rigoris obstupefactis -is. CELS. 1, 9, 1 si cui ... dolere -i solent (2, 15, 2. PLIN. nat. 29, 30 luxatis membris dolentibusque -is. SER. med. 966 tit. *cf. p. 623, 68*). 2, 10, 8 ubi -i resoluti sunt (2, 12, 1[B]. *al. apud eundem; cf. p. 621, 14*). 4, 27, 1[A] *hysteria ab epilepsia distat,* quod neque oculi vertuntur ... nec -i distenduntur (*al., v. vol. V 1, 1512, 51sqq.*). 5, 26, 3[B] quodcumque *vulnus* musculum aut -um ... aut os ... laesit (5, 26, 20[B]. *al.* PLIN. nat. 23, 100. *al.*). 5, 26, 26[B] quorum ... -i ... vulnerati sunt (5, 26, 30[B]. 8, 7, 1 THEOD. PRISC. eup. faen. 63. 67). 5, 26, 28[A] si praecisi -i sunt, qui continebant *articulos* (*al., v. vol. X 2, 431, 66sqq.*). 5, 26, 28[B] quamvis ... non abscisus -us est (SEN. Thy. 1062 membra -osque abscidi. PLIN. nat. 24, 152. *al.*). 8, 22, 2 ne ... talus ... parum confirmatis -is ferendo oneri cedat (SCRIB. LARG. 160, 2 MARCELL. med. 35, 4. *al.*). *al.* SEN. dial. 4, 35, 2 aegros scimus -os esse, ubi invitis nobis moventur (*cf.* TAC. ann. 15, 45, 3 ficta valetudine quasi aeger -is *Seneca*). nat. 3, 1, 2 *aquae* quaedam -os iuvant (PLIN. nat. 20, 81. 23, 38). epist. 68, 8 contracti cruris aridos -os. *al.* COLVM. 6, 14, 4 intumescit collum *bovis* -ique tenduntur (LVCAN. 6, 754 omnis palpitat artus, t. -i

[*Cè*]

*cadaveris ad vitam revocati.* PLIN. nat. 28, 61 THEOD. PRISC. log. 31). *al.* LVCAN. 8, 672 *satelles* -os venasque *Pompeii* secat nodosaque frangit ossa diu. *al.* PERS. 2, 41 *a deis* poscis opem -is. PLIN. nat. 20, 58 *lactucae* foliis ... -i incisi sanantur (26, 130. *al.*). 23, 157 oleum *laurinum* ... ad ... -os laxandos ... utile est (CHIRON 640 ita se -i, qui laxaverint, constringunt. *al.*). *al.* SIL. 6, 18 *quidam* truncos ... trahebat per stragem -is interlabentibus artus. QVINT. inst. 1, 2, 6 (*in imag.*) mollis illa educatio ... -os omnes mentis et corporis frangit. SVET. Aug. 82, 2. APVL. met. 9, 5, 5 ego *uxor* ... lanificio -os meos contorqueo. VET. LAT. gen. 49, 6 (Tert. adv. Marc. 3, 18, 5) *Simeon et Levi* ceciderunt -os tauro (*gr.* ἐνευροκόπησαν, *Vulg. aliter*). PELAGON. 252 ad ... -os crassos (257. 258 CHIRON 870. 874. *cf. etiam l. 51sq.*). *al.* ⓑ *struct. 'aliquid nocet, prodest, (in)utile est -is' sim.* (*sc. dat., sed acc. l. 26; cf. l. 67*): HOR. sat. 2, 4, 53 *vini* odor -is inimicus (CELS. 1, 9, 3 frigus i. est ... ossibus, ... -is, ... cerebro. *al., v. vol. VII 1, 1630, 74sqq.*). CELS. 2, 17, 10 qui *sucus* contractis aliquo morbo -is opitulatur. 5, 18, 28 maxime ... -is et articulis malagma convenit (PLIN. nat. 26, 130). 5, 24, 1 acopa ... utilia -is sunt (PLIN. nat. 15, 31. *al.* MARCELL. med. 36, 74 [*bis*]. *cf. l. 5*). 5, 26, 23[F] *emplastrum quoddam* -is idoneum est. COLVM. 3, 2, 18 *vites quaedam* capiti -isque non aptae (PLIN. nat. 31, 10). PLIN. nat. 20, 83 *quiddam* -is remedio esse. 20, 228 sucus decoctae *malvae* -is prodest (24, 75 *v. l. 25. al.*). 20, 243 *marrubium* ruptis ... -is salutare *est* (25, 20). 22, 112 *aqua mulsa* transit in vinum ... -is ... contrarium. 23, 46 vinum marina aqua factum inutile est stomacho, -is, vesicae (23, 94. 32, 120). 24, 75 *hedera* -is intus nocet, iisdem -is adhibita foris prodest (CAEL. AVR. chron. 3, 8, 152 excessa temperandi moderatio -os n.). ⓒ *pendet gen.* -orum (-i *l. 33*) *e subst., quod morbum, vitium indicat* (*sed cf.* firmitatem *l. 29*): VITR. 8, 3, 4 sulphurosi fontes -orum labores reficiunt (CHIRON 736). SEN. contr. 1 praef. 2 cum ... senectus ... -orum firmitatem fatigaverit. CELS. 2, 1, 12 frigus modo -orum distentionem, modo rigorem infert (*al., v. vol. V 1, 1516, 82sqq.*). *ibid.* per imbres *oriuntur* longae febres, ... morbi comitiales, resolutio -orum (2, 1, 22. *al.*). 2, 17, 1 -orum ... quaedam vitia sic optime curantur (7, 32 videre oportet, -ine id vitium an cutis sit. 8, 11, 4 SCRIB. LARG. 206, 5. PLIN. nat. 15, 135 interaneorum ... v. et -orum. *al.*). 3, 27, 2[A] dolor (5, 26, 13. SEN. epist. 78, 9 vertebrarum d. -orumque. COLVM. 6, 12, 3. *al.*). 4, 6, 1 qui *morbus* quodam rigore -orum ... mentum pectori adnectit (5, 26, 26[A]. *al.* [*adde l. 30*]. PLIN. nat. 20, 240 MARCELL. med. 18, 9). *al.* SEN. dial. 5, 10, 3 -orum ... trepidatio. epist. 24, 16 ebrietates -orum torporem tremoremque *afferunt* (95, 16 [*antea l. 43*] retorridi digiti articulis obrigescentibus -orumque sine sensu iacentium t.). 66, 43 per longam -orum contractionem (*al., v. vol. IV 752, 19sqq.; sim.* contractus -orum, *v. ibid. 753, 13sq., ubi addas* CAEL. AVR. acut. 3, 18, 179 chron. 5, 9, 90). 95, 16 -orum vino madentium tremor (*postea l. 40*). COLVM. 6, 6, 1 intentio. SCRIB. LARG. 101, 3 *hoc medicamentum* -orum tensionibus mirifice convenit (255, 1. *al.* MARCELL. med. 20, 6. *al.*). *ibid.* cum remissione -orum (MARCELL. med. 20, 6). 206, 5 punctus -orum musculorum⟨que⟩ ... sanat *emplastrum* (*al., v. vol. X 2, 2640, 31sqq.*). PLIN. nat. 20, 214 -orum duritias emollit *sucus herbae cuiusdam* (20, 250. *al.*). 22, 115 *quiddam* solebat ... dari ... -orum infirmitate laborantibus (*al., v. vol. VII 1, 1434, 20sq.*). *al.* SVET. Vesp. 7, 1 *libertum* propter -orum valitudinem vix ingredi ... constabat. PELAGON. 262 ad -orum crassationem (*cf.* crassitudo -orum: CHIRON 880 PLIN. phys. Sang. p. 255 l. 13. *al.; cf. l. 11. p. 619, 64*). CHIRON 260 spasmus -orum in corde constringitur (317. THEOD. PRISC. eup. faen. 47 musculorum vel -orum spasmis et saltibus. *al.*). 318 passio (PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 31 CAEL. AVR. acut. 3, 7, 74). VEG. mulom. 3, 15 compositio malagmae ad tumorem -orum (PS. APVL. herb. 1 l. 37 MARCELL. med. 35, 10. *al.*). *al.*

Ⓑ *de quibusdam -is certis, sc.*: ① *testiculorum*: CELS. 7, 18, 1 *testiculi* dependent ... ab inguinibus per singulos -os, quos cremasteras Graeci vocant. 7, 19, 4 purgatus ... testiculus per ipsam plagam cum venis et arteriis et -o suo leniter demittendus est. 7, 22, 5 ubi ... inter imam tunicam et ipsum testiculum -umque eius ramex ortus est *eqs. al.* COLVM. 6, 26, 2 *castrandorum vitulorum* testis ... ita recidere, ut extrema pars eorum adhaerens ... -is relinquatur. *al.* ② *cervicis*: CELS. 8, 1, 13 ne sustineri quidem caput posset, nisi utrimque recti valentesque -i collum continerent, quos τένοντας Graeci appellant. PLIN. nat. 30, 35 cervicis -is ... ex milvi nido surculus viticis adalligatus auxiliari dicitur (30, 125 ne c. scapularumque -i doleant. THEOD. PRISC. log. 30 spasmus appellatus est ex tensione ... -orum et vicinorum musculorum c. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 23 CASS. FEL. 38, 1. *al.*). ③ *calcis, sc. respic.* τένων *Achillis q. d.*: CELS. 8, 22, 1 si in priorem partem erumpit *talus*, a posteriore latus -ŏs durus et intentus est. PLIN. nat. 26, 90 agarico ... -us, qui platys appellatur, ... sanatur (*si recte huc, cf. vol. X 1, 2361, 14sqq.*).

**β** *quia artem eiusve partem non didicit* (*opp.* discere *e. g. l. 50. 54sqq. 58; cf. p. 636, 58sqq.*): PLAVT. Merc. 147 -o ego istaec: philosophari numquam didici neque scio. RHET. Her. 4, 3, 6 qui artem -ierunt (CIC. Planc. 62 POMP. gramm. V 278, 25. *al.*). VARRO Men. 45 τρόπων τρόπους qui non modo ignorasse me clamat, sed omnino omnis heroas negat -isse (*cf.* HOR. ars 382 qui -it versus, tamen audet fingere). ling. 9, 1 ⟨malunt, quae⟩ -unt, docere, quam discere, quae ignorant. 9, 15 pueros in ludum mittunt, ut discant, quae -unt, verba. CIC. de orat. 1, 73 ut ... indicat ipse motus *pila ludentium,* didicerintne palaestram an -ant, ... sic in orationibus *eqs.* 1, 237 qui *patroni* aut, cum parva -rent, magna profiterentur, aut ea ... tractare auderent in causis, cum ea -rent numquamque didicissent (GELL. 14, 1, 24). Brut. 259 *T. Flaminius* existimabatur bene latine, *sc. loqui,* sed litteras -bat **(***al., v. vol. VII 2, 1524, 49sqq., ubi respic. doctrina librorum; ceterum* l. -ire *legere vel scribere omnino non posse significare apparet ex* TAB. cer. Pomp. Camodeca 78 p. 3, 6 [*a. 38*] coram ipso, quod is l. -ret [*item in tab. privatis*: TAB. Albertini 3, 54. *et saepe*]. SEN. clem. 2, 1, 2. *al.***)**. fin. 2, 12 egone non intellego, quid sit ἡδονή graece, latine voluptas? utram ... linguam -o? *al.* HOR. ars 418 turpe *est* ..., quod non didici, sane -ire fateri? OV. fast. 6, 704 *Satyrus tibiae* usum -it (APVL. Plat. 2, 21 p. 250. *al.*). SEN. epist. 29, 10 quae ego scio, non probat populus; quae probat populus, ego -o (*cf. Epicur. frg. 187U.* οὐκ ἔμαθον). PLIN. epist. 3, 3, 6 ex hoc *rhetore* ... filius tuus ... nihil discet, quod -isse rectius fuerit. *al.* *in re amatoria*: MART. 11, 29, 5 blanditias -is.

**γ** *quia aliquid, licet proprium, apertum, praesens sit, non animadvertit* (*sive oculis sive mente; cf. e. g. p. 634, 48sqq. 635, 12. 60. 64. 66*): SEN. contr. 2, 7, 5 iniuriam meam -rem, si, qui fecerat, tacere voluisset. SEN. Herc. f. 1099 proxima puris sors est manibus -ire nefas, *sc. suum.* nat. 7, 25, 5 (*de rerum natura*) *cum* posteri nostri tam aperta nos

[Marchionni]

-isse mirentur. LVCAN. 7, 133 sua quisque pericula -it attonitus maiore metu. STAT. Theb. 7, 674 *leo* praedam videt et sua vulnera -it. 9, 204 *vulnus femoris* seu dissimulaverat ... seu ... -ierat. 10, 722 falleris heu verosque metus ... -is. AVG. serm. 88, 8 illa invisibilia, quae carnis oculus -it. SVLP. SEV. dial. 1, 17, 3 *anachoreta* nuditatem suam divino munere -bat (vestiebat *var. l.*). *al.*

**δ** *quia oblitus est* (*cf. explicationem p. 629, 24*): LVCAN. 7, 411 tempora signavit leviorum Roma malorum, hunc voluit -ire diem, *sc. pugnae Pharsalicae.* STAT. Theb. 5, 345 mediis intersonat Orpheus remigiis *Argus* tantosque iubet -ire labores (*cf. l. 62*). AVG. civ. 22, 8 p. 567, 13 corpora martyrum Protasii et Gervasii, quae cum laterent et penitus -rentur ..., reperta sunt. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 55 *siquidem* cessante accessione apoplectae feminae -ant gesta (*opp.* resipiant atque narrent). chron. 1, 5, 151 *ut insani* nunc non meminerint sui laboris, nunc oblivionem -ant suam.

**b** *locus, quem quis non adiit* (*convivium l. 20*): PLAVT. Poen. 627 viam qui -it, qua deveniat ad mare (629. *in imag.*: MIN. FEL. 16, 3 rectam v. VVLG. Iob 24, 13. *al.*). SEN. Oed. 507 caeruleum dum Nerea -et Arctos. STAT. silv. 1, 6, 38 hunc Annona diem, *sc. convivii a Domitiano praebiti,* superba -it. 2, 7, 117 (*ad Lucanum*) -is Tartaron et procul nocentum audis verbera (SEDVL. carm. pasch. 1, 222. *cf. e. g.* AVG. civ. 20, 15 p. 442, 12 boni fideles ... inferos -unt). SERV. gramm. IV 458, 24 (vers.; *in imag.*) pauper poeta -it antra Musarum. VVLG. iud. 21, 12 virgines, quae -ierunt viri thorum (CLAVD. rapt. Pros. 1, 35). *al.*

**c** *id, quod alicui non obvenit, non contigit sim.*: TER. Haut. 958 (*si recte huc*) scio tibi esse hoc gravius multo ..., cui fit; verum ego haud minus aegre patior, id ⌞qui⌟ -o nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo (⌞ ⌟ quod *pars codd.*). LVCIL. 615 flagitium -ire, bello vinci a barbaro. STAT. Theb. 4, 264 titulum ... nocentem sanguinis humani pudor est -ire sagittas. TERT. apol. 8, 7 infans ... tener, qui -at mortem, qui sub cultro tuo rideat. PALLAD. 11, 4 talibus locis pruinarum vis et natura -itur (*cf.* HEGES. 2, 9, 1 p. 152, 16 per sata, ubi pluvia -itur). VICTRIC. 1 l. 5 nullum vidimus percussorem, gladium vacuum vagina -imus, *sc. in pace.* CE 771, 3 (*saec. IV/V*) femina ... meruit ..., ut funus ... -ret natae. IORD. Get. 19 *gens quaedam septentrionalis* brumali tempore ... lucem claram -ire ([luce clara *var. l., quam def. Kalén, Studia in Iord., 1939, 29sq.*]. ARATOR act. 2, 223 [*subest Matth. 9, 27sqq.; loq. caeci*] da cernere l., quam -imus adhuc. GREG. M. moral. 7, 2 l. 24 [*in imag. caecitatis*]). *al.*

**d** *affectus, status corporis vel animi, quem quis non sentit vel numquam expertus, passus sim. est* (*explicatur l. 45*): SEN. Oed. 88 virtus ... nostra -it ignavos metus (AMBR. spir. 1, 9, 110 dum metum -o negligendo. CASSIOD. in psalm. 110, 10 l. 210). VVLG. Soph. 3, 5 -vit ... iniquus *populus* confusionem. AVG. civ. 22, 30 p. 633, 17 medicus, sicut arte sciuntur, omnes fere corporis morbos novit; sicut autem corpore sentiuntur, plurimos -it, quos ipse non passus est. MART. CAP. 1, 37 lucubrationum perennium ... pallorem? *al.*

**e** *regula, mensura sim., quam quis non respicit, observat*: LVCAN. 10, 228 *Nilus* leges aliarum -it aquarum (AMBR. fug. saec. 2, 8 -it ecclesia publicas [-care *var. l.*] l., suas novit. SCHOL. Hor. ars 122 [‘*Achilles* iura neget sibi nata’] -at l. pro potentia sua, non propter ignorantiam. *al.*). VET. LAT. Bar. 4, 13 iustitias *dei* ... -ierunt (LACT. inst. 5, 14, 9 AVG. civ. 21, 24 p. 534, 23. *al.*). AMBR. in psalm. 36, 18, 2 ut modum -as (PAVLA Hier. epist. 46, 1, 1 mensuram caritas non habet et inpatientia -it m. *al.*). HIER. epist. 7, 6, 3 amor ordinem -it. 100, 15, 2 (*Theophil.*) eget semper, qui avarus est, -it mensuram *eqs.* (PAVLA Hier. epist. 46, 3, 1. *al.*). *al.*

**f** *id, quod quis (quid) non adhibet, colit sim.*: *res corporea*: IVV. 7, 97 tunc, *sc. tempore Maecenatis,* utile multis pallere et vinum toto -ire Decembri. HIST. AVG. Alex. 34, 1 in convivio aurum -vit (-it *var. l.*), pocula mediocria, sed nitida semper habuit. MART. CAP. 6, 697 vitem -unt. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 15 matellam ... -at datam atque urinam non dimittat. SIDON. carm. 5, 338 *gens* ingenti ferrum iam -it ab auro. MEROB. poet. 31 ductor pacatam ... iubet lituos -ire curulem. *forma gramm.*: AVG. gramm. p. 75, 1 M. (*antea*: de modo infinito) -itur persona, nisi si velis *eqs.* MACR. verb. De Paolis p. 121, 18 *ἀόριστον* ... praetereo, quod latinitas -it. p. 171, 8 (*sim.* Passalacqua p. 55, 25) ‘soleo’ -it futurum (*postea*: ignorat. *cf. Char. gramm. p. 323, 15* non habet).

**g** *actio sim., quam quis non adit* (*cf. explic. p. 634, 1; aliter sub p. 632, 48sqq.; deus -it naturā suā l. 72. 75*): VET. LAT. eccles. 8, 5 (Rufin. Orig. in iud. 1, 4 p. 470, 23, *sim. al.*) qui custodit mandatum, -et verbum malum (*gr. οὐ γνώσεται, Vulg.* non experietur. *cf.* RVFIN. *ibid.* p. 470, 25 ‘-ire’ pro eo dicitur, quod ea *verba mala* cavet et vitat). HIL. syn. 48 demutationem deus -ens. AVSON. 20, 1 (1 S.), 12 manus otia -it. AMBR. obit. Valent. 74 fuit ... castus corpore, qui praeter coniugium -ierit feminae alterius consuetudinem. RVFIN. Orig. in gen. 4, 6 p. 85, 8 H. peccatum -it deus et ⌞peccatores -it deus⌟ (*ad 1c*), alienos a se ignorat (AVG. serm.



134, 5. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 1, 6 p. 43, 5 p. ... -vit, non quia non habuit notitiam, quid esset p., sed quia non fecit illud [*gr. οὐκ ἔγνω. explicatur II Cor. 5, 21, ubi Vulg.: Christus* non noverat peccatum]. *al.*). PRVD. c. Symm. 2, 1114 (*de abolendis ludis gladiatoriis*) quod genus ut sceleris iam -at aurea Roma. *al.*

**C** *per acc. c. inf.* (*subauditur acc. l. 21. 63. p. 631, 6, inf. l. 29. 50. 57. p. 631, 6; praeparatur per pron. neutr.* QVINT. inst. 1, 5, 6 TERT. nat. 2, 14, 5): **1** *usu sollemni*: **a** *usu vario*: **α** *contextu vario* (*exempla selecta inde ab* OV.; *-untur futura l. 26sq.* [*ab augure l. 28*]): PLAVT. Amph. 57 sed ego stultior, quasi -am vos velle, qui divos siem (CIC. S. Rosc. 147 q. vero -as hunc et ali et vestiri a Caecilia. orat. 157 HIST. AVG. Aurelian. 27, 3. *cf. p. 628, 52. 635, 43sqq., ceterum*: PLIN. nat. praef. 29 ceu vero -am adversus Theophrastum ... scripsisse etiam feminam. 2, 154 tamquam -amus hanc *terram* esse solam, quae numquam irascatur homini). Aul. 30 *p. 631, 6.* Capt. 29 hunc *captivum* suom esse -it, qui domist. Epid. 412 ut ille fidicinam fecit ⌞sese ut -ret⌟ esse emptam tibi (⌞ ⌟ *Leo,* †nestire† *vel* -ire *Lindsay*). TER. Eun. 736 -bam id dicere illam. LVCIL. 33 *p. 632, 7.* AFRAN. com. 3 -is, Numeri (num eri *Lindsay*), me (mei *codd.*) omnem melius ⌞rem callere⌟ quam volo (⌞ ⌟ calli rem *codd.,* calluerint rem *Lindsay*). VARRO Men. 345 -bamus semel unum singulum esse. CIC. inv. 2, 95 -vi non licere. Tim. 33 (*antea*: ignorantes homines) -unt hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus. *al.* OV. met. 12, 27 nec ... -itve tacetve sanguine virgineo placandam virginis iram esse deae. SEN. epist. 85, 22 -unt beatam vitam unam esse. VAL. FL. 7, 140 me ... ista precari -at. QVINT. decl. 278, 4 non eras illo tempore pater, quia -bas te esse. PLIN. paneg. 9, 4 -isti te imperatorem futurum (*cf.* TERT. idol. 9, 8 nihil scis, mathematice, si -bas te futurum Christianum). MIN. FEL. 26, 5 Amphiaraus ... proditum iri se ob monile ab uxore -vit. TERT. test. anim. 4, 8 quam *mortem* malam -is (*opp. vitam* optimam nosti). VLP. dig. 43, 29, 3, 6 is, qui -it apud se esse hominem liberum, dolo malo caret. HIER. epist. 22, 8, 4 *Noe* inebriare vinum forsitan -bat. *al.*

**β** *in interrog. rhet.*: ① *exempla varia*: CIC. S. Rosc. 80 -imus ... eosdem ... sectores fuisse collorum et bonorum? (*de semet ipso ut*: Sest. 47 -bam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum?). Att. 6, 1, 17 Scipio hic Metellus proavum suum -it censorem non fuisse? *al.* OV. epist. 17, 168 an -is longas regibus esse manus? (HIST. AVG. Carac. 10, 2 an -is te imperatorem esse et leges dare, non accipere? *al.*). fast. 4, 31 *Romulus* Dardanon Electrā -ret ... natum scilicet, Electram concubuisse Iovi? *al.* ② *per formulam* quis -it *sim. exprimuntur notissima quaedam, sc. quae omnes sciunt, vix ignorari possint*: CIC. de orat. 2, 62 q. -it primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? *al.* VARRO rust. 2, 1, 9 q. Faustulum -it pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educavit? (*item -untur mythica vel historica*: OV. fast. 3, 53 lacte q. infantes -it crevisse ferino? SIL. 12, 600 q. -at ... non sponte ad nostros Poenum venisse penates? *al.*). 3, 12, 4 (*3* q. enim ignorat) q. item -it ... brevi tempore fore, ut *leporarium prole* impleatur? LIV. 34, 6, 9 q. igitur -it novam istam legem esse? *al.*

**b** *-unt, qui quid non vel male animadvertunt* (*cf. p. 632, 71sqq.*): PLAVT. Bacch. 814 stulte, -is nunc venire te; ... :: quis me vendit? PVBLIL. sent. D 16 dimissum quod -itur, non amittitur. SEN. benef. 2, 10, 2 ille -et accepisse se, ego sciam me dedisse. dial. 5, 27, 1 ista *animalia* ... peccare se -unt (epist. 28, 9 AVG. quaest. Simpl. 1, 1, 8. *al.*). epist. 50, 2 *serva fatua* -it esse se caecam. 50, 4 nos aegrotare -imus. 71, 4 quibusdam autem evenit, ut quaedam scire se -ant ([*sim.* 75, 9]. AVG. in euang. Ioh. 69, 1 SCHOL. Pers. 1, 26). 95, 5 -unt facere se recte. LVCAN. 6, 66 rabidum -it latrare Pelorum. 7, 727 felix se -it amari. STAT. Theb. 10, 404 felix, si corpus ademptum -at. 11, 540 fratris uterque furens cupit ... cruorem et -it manare suum. 12, 231 abisse diem. MART. 4, 80, 2 hanc esse phrenesin si -is, non es sanus. PLIN. epist. 8, 10, 1 se praegnantem esse puellariter -it. paneg. 9, 4 eras imperator, et esse te -bas. GELL. 1, 15, 2 videas quosdam scatere verbis ..., ut loquentes plerumque videantur loqui sese -ire. APVL. apol. 45, 2. 80, 1 si fuisset insana, insanam se esse -isset. TERT. anim. 18, 9 ut -amus vidisse (nos v. *edd. quidam*) quid vel audisse. *al.*

**2** *usu peculiari praeverbium* ne- *non negat verbum* scire, *sed acc. c. inf. pendentem*: AMBR. in psalm. 36, 27 *pauper* propter dei timorem ⌞-it⌟ affectandas esse divitias, occupanda minorum praedia *eqs.* (⌞ ⌟ duxit non *var. l., om. alii*). EXPOS. fid. Westra p. 425, 14 credimus ... vitam aeternam; quia homo tunc vivere incipit, quando se -et mori (-at *var. l.*).

**D** *per locut. c. praepos.*: de (*iuxta alias struct. v. p. 632, 27. 635, 41. 53 et* PAVL. dig. 15, 1, 48 pr.): PLAVT. Merc. 382 hunc -ire sat scio de illa amica. HIST. AVG. Opil. 5, 9 iurans, quod de caede illius -erit. Aurelian. 3, 2 evenit, ... ut de eorum virorum genitali solo -atur, qui *eqs.* (*pass. impers.*). PASS. Saturnin. 7 *ut* de illius credulitate -ret. in *c. abl.*: APVL. Socr. 21 *v. p. 636, 60.* PS. PHILO antiq. 55, 1 Samuel ... in his omnibus -bat (de *cod. unus, sed cf. hebr.* ידע *c. praepos.* ב *e. g. Ier. 38, 24*).

[Marchionni]

**E** *per enunt. secund. c.* quod *sim.*: PVBLIL. sent. E 20 (*in sola coll. Turic.; metro corrupto*) †est utique profunda ignorantia -ire, quod pecces (VET. LAT. gen. 31, 32 [cod. 100] -bat ... Iacob, q. Rachel ... furata esset eos *deos* [*Vulg.* ignorabat]. PANEG. 12, 9, 4 AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 39, 2. *al.*). VET. LAT. Iudith 9, 7 (cod. 109, *sim. al.*) -entes, quoniam tu deus es ([*gr.* *οὐκ ἔγνωσαν ὅτι,* VVLG. 9, 10 quia]. I Cor. 6, 9 [cod. 75. *al.*; VVLG. quia]. POMP. gramm. V 227, 11 'loquor' quis -at q. deponens verbum est? *al.*). I Petr. 5, 8 (Aug. in psalm. 90, serm. 2, 9. *al.*) -itis, quia ... diabolus tamquam leo rugiens circuit? ([*gr. et Vulg. aliter*]. CYPR. eleem. 10. CHAR. gramm. p. 270, 30 [*ex Romano*] -ens, q. ut 'continuo' statim est, 'continuatim' frequentativum. HIER. epist. 120, 5, 5 *Maria* vidit Iesum stantem et -bat, q. Iesus erat. PASS. coron. 4. *al., e. g. l. 6*).

**II** *absolute vel structura e contextu intellegenda*: **A** *in responso, quod spectat ad interrog. rectam* (*obliquam l. 17. 19. 24*): PLAVT. Aul. 714 tene, tene *illum*! quem, quis? -o, nil video, caecus eo *eqs.* Merc. 615 cui est empta? :: -o. Persa 249 quid istic scriptum? :: ... si tu -is, -o. *al.* TER. Haut. 1008 si rogem ..., quam ob rem hoc facias, -as. Eun. 321 virgo quoiast? :: -o hercle (Phorm. 137 quid te futurumst? :: -o h., unum hoc scio *eqs.* 683. 807 miror, quid hoc siet. :: equidem h. -o. *cf.* -o edepol *p. 638, 73 et* QVEROL. p. 8, 3). Ad. 697 quam ob rem? :: -o. *al.* CIC. S. Rosc. 54 exheredare filium voluit; quam ob causam? '-o'. Planc. 16 cur iste potius quam ego? vel -o vel non dico. Att. 7, 26, 3 pueri certe in Formiano videntur hiematuri; et ego? -o. *al.* CATVLL. 85, 2 quare id faciam, fortasse requiris; -o, sed fieri sentio. SEN. contr. 1, 3, 4 'quare ..., si incesta sum, vivo?' -o, hoc unum scio *eqs.* 9, 5, 4 '*noverca* quos conscios habuit?' -o, domi non fui. *al.* MART. 2, 28, 6. PLIN. epist. 7, 4, 3 tragoediam scripsi; 'qualem?' inquis; -o. APVL. met. 5, 28, 8. VET. LAT. gen. 4, 9 (Tert. adv. Iud. 5, 2, *sim. al. et* VVLG.) ubi est Abel frater tuus? et dixit: -o (*gr. οὐ γινώσκω*). *al.*

**B** *in interrog.*: PLAVT. Aul. 720 dic ..., quis habet? -is? (Bacch. 317. TER. Andr. 764 dic mihi. :: tu -is? Hec. 206. *al.*). TER. Haut. 1009 ego -o? CIC. Sest. 133 acta mea sibi ait displicere; quis -it? (MART. 2, 62, 3. 5, 38, 1. 14, 1, 8 q. -it? vel quis tam manifesta negat? *al.*).

**C** *in formula* si -is *sim.* (*sequitur explicatio rei sciendae; aliter l. 16. p. 634, 59*): VERG. ecl. 3, 23 si -is, meus ille caper fuit. PROP. 2, 15, 12 si -is, oculi sunt in amore duces. OV. am. 3, 8, 13 epist. 16, 246. *al.* SEN. contr. 10, 5, 4 IVV. 5, 159. HIER. epist. 22, 16, 3 clerici ..., si -as, pretium accipiunt salutandi. *al.*

**D** *cetera exempla*: **1** *variae formae* (*obi. plerumque e contextu subauditur; exempla selecta*): PLAVT. Amph. 736 vera dico. :: non de hac ... re; de aliis -o. Asin. 300 scibam ego te -ire. Aul. 762 surripui ego tuom? unde? ... :: ita te amabit Iuppiter, ut tu -is. Bacch. 324 de auro nil scio, nisi -o. Truc. 576 adloquar *puellam,* quasi -am (CVRT. 8, 7, 1 nos ..., q. -as, quaeris. TERT. adv. Prax. 16, 4 QVEROL. p. 10, 21. *al.; cf. p. 634, 10sqq. 636, 2*). TER. Hec. 618 credo ... concordes ... fore. :: -as; verum id tu refert nil *eqs.* RHET. Her. 2, 16, 24 si ... inprudentia reus se peccasse dicet, primum quaeretur, utrum *reus* potuerit -ire (scire *pars codd.*) an non potuerit ...; deinde utrum casu -ierit an culpa. *ibid.* animi vitio ... -isse (*item reus -ens peccavit*: PAVL. sent. 1, 12, 3 qui falsum -ens allegavit *eqs.* 2, $21^{A}$, 14 mulier ingenua, quae se sciens servo municipum iunxerit, ... ancilla efficitur; non item, si -at; -isse autem videtur, quae *eqs.*). LVCR. 4, 475 quaeram, cum in rebus veri nil viderit ante, unde sciat, quid sit scire et -ire vicissim. CIC. ac. 2, 110 *non sapiens,* si quaesitum ex eo ... de rebus, in quibus versatus ... sit, -ire se dicat. Tusc. 1, 4 in Graecia musici floruerunt discebantque id omnes, nec qui -bat, satis excultus doctrina putabatur. off. 1, 18 labi ..., errare, -ire, decipi ... turpe ducimus. epist. frg. 6, 4 -o, nisi tamen erat mihi iucundum. VERG. Aen. 4, 292 *Aeneas monet socios,* classem aptent taciti ...; sese interea, quando optima Dido -at et tantos rumpi non speret amores *eqs.* 6, 150 iacet exanimum tibi corpus amici – heu -is! HOR. ars 88 cur -ire ... quam discere malo? OV. epist. 9, 113 falleris et -is: non sunt *eqs.* ars 2, 555 melius -isse fuit: sine furta tegantur. SEN. apocol. 11, 1 tu Messalinam ... occidisti; '-o', inquis? dial. 4, 3, 4 animo -ente. epist. 76, 3 tamdiu discendum est, quamdiu -as. STAT. Theb. 6, 784 iam cruor et tepido signantur tempora rivo; -it adhuc Capaneus. VVLG. Is. 28, 7 sacerdos et propheta -ierunt prae ebrietate. AVG. c. acad. 3, 16, 35 cum qua *uxore* forte nunc dormit et -it. *al.*

**2** *part. praes.* (*pro subst. l. 68. p. 636, 1. 6sq.*): **a** *exempla varia*: VARRO ling. 6, 62 si dico quid ⟨ne⟩scienti (*Scaliger,* ⟨in⟩scienti *Müller*), quod [d]ei, quod ignoravit, trado, hinc 'doceo' declinatum. SEN. nat. 7, 2, 3 nos ..., quos rerum natura, *sc. circumactio terrae,* -entes ferat. *al.* COLVM. 1, 8, 16 num (*v. app. crit.*) vilicus ... adligaverit quempiam domino -ente (MARCIAN. dig. 20, 1, 16, 1. EPIT. Gai 2, 11, 3 invito aut -ente d. *al.; cf.* COD. Theod. 1, 27, 2 iudice. 6, 28, 1 principe. 12, 1, 6 procuratoribus. *sim. al.*). PLIN. epist. 3, 2, 5 magni aestimo dignitati eius *amici* aliquid adstruere inopinantis, -entis, immo etiam fortasse nolentis. PS. QVINT. decl. 8, 4 sive ... vanissimus -entium vidit *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 38, 1 (*spectat ad Luc. 20, 3sq.*) cur *Christus* quasi -ens interrogabat? PLIN. med. 1, 1, 6 surculus ... subditur -enti aegro (*cf.* MARCELL. med. 15, 107 utilius erit, si *ei* -enti id facias. *sim. al.*). *al.* **b** *respicitur is, qui insci- us aliquid facit*: SEN. Thy. 1067sq. scidit ore natos impio, sed -ens, ⌊sed -entes⌋ (*ad a*). benef. 6, 8, 1 beneficium aliquis -ens accipit, ⌊nemo a -ente⌋ (*ad a*). epist. 95, 9 grammaticus non erubescet soloecismo, si sciens fecit, erubescet, si -ens (PS. QVINT. decl. 4, 5 ibi primum miser didici, quam multa -entes, quam multa faceremus inviti. PAVL. dig. 12, 6, 65, 8 si sciens hoc fecisti, teneberis ad pretium eius, si -ens, non teneberis. *al.*). VVLG. num. 15, 27 si anima una -ens peccaverit, *eqs.* *al.*

**CAPVT ALTERVM:** *accedente inf. fere i. q.* nequire, non posse, non valere (*inf. subauditur e. g. l. 20. 24. 48sqq.; plerumque inf. act., sed pass. e. g. p. 637, 25. 51; variat in contextu c.* nequire *l. 22. p. 637, 34,* non [nec] posse *p. 637, 36. 62. 71,* non noscere *p. 637, 75; disting. vel opp.* nolle *l. 39. p. 637, 27,* posse *l. 20. p. 637, 59*). *aliquis (aliquid) aliquid facere -it*:

**I** *deficiente peritia sim.* (*-unt fere homines, sed ingenia eorum l. 40, animal l. 57, ars l. 68*): **A** *qualibet in re* (*ironice l. 20; exempla selecta inde ab* HOR.): **1** *-untur actiones bonae vel neutrae*: PLAVT. Bacch. 581 comesse panem tris pedes latum potes, fores pultare -is. Most. 606 -it quidem, nisi faenus fabularier. *al.* ENN. scaen. 234 otio qui -it uti (HOR. epist. 1, 10, 41 LIV. 6, 30, 7. *al.*). TER. Ad. 77 hoc qui nequit, fateatur -ire imperare liberis (IVST. 28, 3, 12). 220 abi, -is inescare homines. POMPON. Atell. 7 at ego rusticatim tangam, urbanatim -o. 12 auscultare disce, si -is loqui (CIC. de orat. 3, 38. SEN. nat. 5, 16, 5 graece [*cf. l. 48sqq. et* VVLG. II Esdr. 13, 24 Iudaice]. rem. fort. 7, 2 bene. *al.*). CIC. Mil. 57 -is inimici factum reprehendere. fin. 1, 32 consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi -unt. *al.* CIL IV 4973 (*saec. I med. a. Chr.; si recte huc*) -eire dare ⟨...⟩. HOR. carm. 3, 27, 73 (*ad Europam*) uxor invicti Iovis esse -is; mitte singultus *eqs.* (*cf. Nisbet-Rudd, comm. 2004, ad l. nec non* PORPH. ambiguum, utrum hoc dicat '-is te coniugem Iovis esse' [*ut pertineat ad p. 634, 6sqq.*], an vero '-is te gerere coniugem Iovis', ut si dicas '-is esse consul'). epist. 2, 2, 213 vivere si recte -is, decede peritis (SEN. dial. 6, 10, 4 miseri -itis in fuga v. epist. 86, 11 CARM. CIL IV 10634. *al.; aliter p. 637, 15. 31*). OV. ars 3, 41 quid vos *feminas* perdiderit, dicam: -istis amare (3, 43 [*inf. subaud.*]. CARM. CIL IV 4091 pereat, qui -it a. [*item* INSCR. Bull. Comm. Arch. Roma 115, 2014, 201, *a. 105/9*]. *al.; cf. p. 637, 23*). SEN. contr. 2, 1, 28 -o dives esse. *ibid.* ego non dico 'dives esse nolo', sed '-o'. 9 praef. 4 usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutriuntur, ut clamorem, silentium, risum, caelum denique pati -ant (SEN. nat. 4 praef. 1 se. LVCAN. 9, 262. *al.*). 10, 4, 9 non is est, qui rogare -at; etiam docere solet. VAL. MAX. 7, 2, 2 alter beneficio fortunae uti, alter iniuriae -it resistere. SEN. Ag. 610 (*598sq.* qui ... audet ... vitae ponere finem) o quam miserum est -ire mori (*al. apud eundem; cf.* dial. 9, 11, 5 qui -it praebere iugulum. *aliter p. 637, 21. 39sqq. 49. 638, 1*). 867 eligere -is, anime, cui telo incubes (Oed. 1038 Tro. 985 PLIN. nat. 5, 149. *al.*). *al.* *subauditur verbum dicendi*: TITIN. com. 104 Obsce et Volsce fabulantur: nam latine -unt (CIC. Brut. 140 non ... tam praeclarum est scire l. quam turpe -ire. IVV. 6, 188 *mulieres hodie dicunt* omnia graece, ⌊cum sit turpe magis nostris -ire l.⌋ [*secl. edd. quidam*]. PAVL. sent. 3, $4^{A}$, 13. *al.; cf. l. 52*). CIC. Flacc. 10 ut etiam qui graece -unt, hoc quibus verbis a Graecis dici soleat sciant (Tusc. 5, 116 nostri g. fere -unt nec Graeci latine. SEN. apocol. 10, 3 MART. 9, 44, 4. *al.*). **2** *-untur actiones malae* (*sc. ita ut aliquis sciat aliquid non facere*): CIC. de orat. 3, 65 *Stoici* omnino irasci -unt (IVV. 10, 360 qui *animus* ferre queat quoscunque dolores, -at i.). CASS. SEV. or. frg. Quint. inst. 8, 3, 89 cum te docuero -ire maledicere. LVCAN. 4, 443 *canis, qui* praeda -it latrare reperta.

**B** *in arte, ludo* (*pro subi. est ipsa ars l. 68; cf. p. 632, 48sqq.*): CIC. de orat. 1, 73 utrum sciant pingere an -ant, non obscurum est (APVL. Socr. 21 p. 169 -o ... tibiis canere ..., -o ... p. ...; ⌊itidem in ceteris artibus ... licet tibi -ire nec pudeat⌋ [*ad p. 634, 74*]. PORPH. Hor. ars 19). HOR. carm. 3, 24, 54 -it equo rudis haerere ingenuus puer, ... ludere doctior. epist. 1, 10, 27. ars 35 *malus faber* ponere totum *simulacri* -et. 379 ludere qui -it, campestribus abstinet armis (OV. ars 3, 367 turpe est -ire puellam l. LVX. anth. 333, 1. *et in tabulis lusoriis, e. g.* CIL XIV 4125, 1 l. -is, idiota recede). OV. ars 3, 320 nec plectrum dextra, citharam tenuisse sinistra -at ... femina docta. rem. 334 *puella* -it ... movere manum. Pont. 1, 3, 23 tollere nodosam -it medicina podagram (*item in re medica*: SEN. epist. 95, 22 antiqui medici -bant dare cibum saepius ..., -bant sanguinem mittere ..., -bant crurum vinculo brachiorumque latentem vim ... ad extrema revocare. HIST. AVG. Avid. 10, 8 PLIN. med. praef. 1). CVRT. 7, 7, 16 hoc, *sc. utribus amnem traicere,* ut Scythae imitari -ant, Bactriani docebunt. COLVM. 11, 1, 5 *p. 638, 17.* SIL. 13, 18 nisi luce serena -ire ... Mavortem agitare (*item in re bellica*: IVST. 41, 2, 7 comminus in acie proeliari aut obsessas expugnare urbes -unt). *al.*

*[Marchionni]*

**II** *deficiente* natura*, moribus sim.* (*sc. respectu mentis, scientiae recedente; hic illic cogites de usu periphrastico, e. g. l. 20. 52*): **A** *-unt homines (animal l. 13, pars corporis l. 18, per prosopop. l. 23), sc. per mores, affectum, voluntatem*: **1** *-untur actiones bonae vel neutrae* (*exempla selecta inde a* Liv.): Plavt. Persa 762 improbus est homo, qui beneficium scit accipere et reddere -it (*cf.* Pvblil. sent. B 3 beneficium dare qui -it). Cic. Verr. II 3, 62 tu nisi malo coactus recte facere -is? (Val. Max. 6, 3, 3 Ambr. epist. 8, 56, 14. *al.*). Tusc. 4, 43 *Peripatetici* virum ... videri negant, qui irasci -et (Sen. Herc. O. 298 *o dolor,* Iunonem doce, quid odia valeant; -it i. satis. *aliter p. 636, 55*). Pvblil. sent. N 38 ni (nisi *Ribbeck*) qui scit facere insidias, -it metuere (*cf. l. 33sq.*). S 22 suis qui -it parcere, inimicis favet (Clavd. 18, 185. *al.*). Verg. georg. 3, 84 si qua sonum procul arma dedere, *pullus* stare loco -it (Chiron 286 Regvla mag. 1, 60. *cf. l. 45*). Prop. 3, 19, 4 vos ... -itis captae mentis habere modum. Liv. 2, 2, 3 -ire Tarquinios privatos vivere. 9, 3, 12 ea est Romana gens, quae victa (victis *pars codd.*) quiescere -at. Sen. contr. 7, 1, 15 qui *piratae* -ant captos dimittere. Val. Max. 2, 6, 6 esto servus, quoniam liber esse -isti. Sen. Herc. f. 1229 durus malis lacrimare vultus -it. Med. 866 frenare -it iras Medea, non amores. Colvm. 11, 1, 22 sacrificia nisi ex praecepto domini facere -at (*cf. 1, 8, 5* ne fecerit). Tac. Agr. 15, 3 tamquam mori tantum pro patria -entibus. Plin. epist. 8, 22, 3 qui dare veniam nisi sibi -unt. Carm. inscr. christ. urb. Rom. 13655, 2 (*saec. V; ad Mortem*) quae nulli parcere nosti (-is *cod. Corb.*), -is laetitiam, -is amare iocos. *al.* **2** *-untur actiones malae*: Trag. inc. 112 proinde ita parent se in vita, ut vinci -ant (Petron. 122 vers. 176 Hil. hymn. 2, 18. *al.; cf. p. 633, 28*). Cic. Tusc. 5, 104 eos *honores populi* -imus ... contemnere. Pvblil. sent. P 35 peccare pauci nolunt, nulli -unt (Sen. epist. 90, 46 utrum p. aliquis nolit an -at. Ambr. in psalm. 118 serm. 18, 3, 3. *al.*). V 22 viri boni est -ire facere iniuriam (*cf.* Lact. inst. 5, 9, 4 male facere). Sen. contr. exc. 4 praef. 6 o magnos viros, qui fortunae succumbere -unt. Sen. dial. 2, 9, 2 sapiens ... -it nec in spem nec in metum vivere (CE 1371, 5 [*a. 529*] v. mundo. *aliter p. 636, 33sq.*). nat. 3, 18, 3 -o de re magna tibi credere. Lvcan. 3, 58 -it plebes ieiuna timere (Ambr. hex. 5, 2, 6 -it hos lupos *teneros* agnus t. *al.; cf. l. 69sq.*). Ivv. 3, 41 mentiri -o; librum, si malus est, nequeo laudare (Tert. apol. 33, 3 Avg. epist. 29, 7. *al.*). Tac. Germ. 22, 3 *Germani* deliberant, dum fingere -unt, *sc. ebrii,* constituunt, dum errare non possunt. Tert. uxor. 1, 6, 4 quae Delphis insaniunt, nubere -unt. Hil. in Matth. 18, 1 *pueri* proximo velle malum -unt. Ambr. exc. Sat. 2, 94 mori, *sc. spiritaliter,* apostoli -erunt (Petr. Chrys. serm. 95, 2. Arator act. 2, 1188 [*subest act. 28, 3sqq.*] -it ab angue m. *al.; cf.* Prvd. perist. 10, 645 perire. *aliter p. 636, 44sq., cf. l. 49*). Ambr. Iac. 2, 7, 34 vetus homo noster -it iam veteri servire peccato. *al.*

**B** *-unt res*: **1** *variae*: Hor. epist. 1, 12, 10 naturam mutare pecunia -it. Sen. dial. 7, 7, 4 summum bonum ... -it exire nec satietatem habet. Plin. epist. 5, 11, 3 -it ... semel incitata liberalitas stare (Calp. decl. 8 -unt s. successus. Ivl. Val. 1, 11 l. 551 ut s. fortuna hominum -at). Apvl. Plat. 1, 18 p. 217 cum valitudinis ⌊ratio⌋ ... modum necessarii victus -it excedere (⌊ ⌋ *Thomas,* portio *sim. codd.*). CE 618, 9 (*saec. I/III*) fama est, quae -it obire. 659, 3 (*a. 348*) -it fama mori ([*sim.* 1376, 16 *a. 554/5; cf. l. 49*]. Ambr. exc. Sat. 2, 94 tua vita m. -it. *al.*). Avg. pecc. mer. 1, 22, 33 *sancta scriptura* -it falli nec fallere. Macr. verb. De Paolis p. 151, 1 forma *inchoativa* praeteritum ⌊-it habere⌋ tempus perfectum; quid enim simul et adhuc incipere et iam praeterisse dicatur? (⌊ ⌋ *cf. Don. gramm. mai. 2, 12 p. 633, 10* non habent). *al.* **2** *naturales vel corporales*: Hor. carm. 3, 13, 10 o fons Bandusiae, ... te ... hora Caniculae -it tangere. ars 390 -it vox missa reverti. Plin. nat. 17, 149 *castanea* tralata -it hospitari pavetque novitatem biennio fere. Sil. 3, 482 *montis* facies surgenti ... obvia Phoebo duratas -it flammis mollire pruinas. Ivv. 14, 231 si revoces, subsistere -it *curriculum.* Apvl. met. 6, 30, 5 tui pedes fugere possunt, ambulare -unt? Paneg. 2, 10, 1 stare sol -it (11, 3, 2. Macr. somn. 1, 17, 8 caeleste corpus ... s. -it. *cf. l. 45*). Rvfin. Adamant. 5, 8 materiae corporales aliis ... contrariis sibi materiis cedere -unt nec mutari ab eis possunt. Mart. Cap. 8, 854 sidera *quaedam* -unt obumbrari. *al.* **3** *affectus*: Prop. 1, 5, 24 -it amor priscis cedere imaginibus (1, 14, 8 divitiis). 2, 16, 32 an dolor hic, *sc. meus,* vitiis -it abesse tuis? 3, 15, 44 -it ... ira referre pedem. Val. Max. 3, 2, 7 capi ... virtus -it. Sen. Ag. 113 periere mores ... et qui redire, cum perit, -it pudor. Thy. 504 cum sperat ira sanguinem, -it tegi. epist. 79, 10 haec una maiestas, *sc. virtus,* deprimi -it. Lvcan. 3, 118 ferrum mortemque timere auri -it amor (Fvlg. aet. mund. p. 136, 10. Caes. Arel. serm. 235, 1 imperante caritate, quae -it t. *al.; cf. l. 33*). Rvstic. Conc.$^S$ I 4 p. 7, 27 affectus, qui secundum deum est, tempore -it extingui nec potest ... corrumpi. *al.*

**C** *-it deus* (*cf. l. 44. p. 633, 72. 75*): Tert. adv. Marc. 5, 5, 4 deus ... Marcionis ... -it irasci. test. anim. 2, 5 (*antea*: deus non novit [vult *var. l.*] irasci) quomodo timetur, qui -it offendi? Hil. in psalm. 53, 14 l. 26 mori -ens deus ... Iesus. trin. 5, 13 qui deus verus est, -it deus verus aliquando non esse. Favst. Rei. spir. 1, 6 p. 110, 13 -it *deus* filius vel potestate vel tempore a patre discerni (*postea*: nequaquam potest). Alc. Avit. carm. 3, 388 (*ad deum*) -is decrescere, -is augeri. *al.*

*appendix stilistica ad partem priorem*: **1** *de negationibus duplicibus*: **a** *negatio per alteram negatur* (*litotes subesse vid. e. g. l. 10, cf. p. 630, 6sqq.; exempla selecta*): Plavt. Curc. 724 ego te vehementer perire cupio, ne tu [me] -as (*sim. inducit finem actionis loquendi*: Ter. Eun. 961 ne hoc -atis. Cic. de orat. 2, 142 ne forte -as. Decl. in Catil. 57. *al.*). Trin. 62 faxo haud -as, quam rem egeris. Novivs Atell. 20 nemo ⟨ne⟩scit (*v. p. 514, 69sqq.*). Cic. S. Rosc. 130 nemo est ..., qui -at ... multa multos ... imprudente L. Sulla commisisse (*al., v. p. 511, 32sqq.*). de orat. 1, 21 oratoribus ... nihil ... licere -ire (Ov. epist. 17, 47 nil ego, *i. Helena,* si peccem, possum -isse. Liv. 2, 59, 1. *al.; cf. l. 25*). Trebon. Cic. fam. 12, 16, 1 non ... -is, quanti te faciam (Prop. 2, 30, 34 hic ... non -it, quid sit amare, chorus. *al.*). Verg. georg. 1, 391 *p. 632, 34.* Ov. met. 12, 27 *p. 634, 23.* Colvm. 11, 1, 5 *illo tempore,* quo idem Ischomachus negabat quemquam rusticari -ire. *al.* **b** *negatio abundat* (*cf. var. lect. p. 637, 23*): Varro Men. 45 *p. 632, 53.* Vet. Lat. gen. 39, 6 (Aug. loc. hept. 1, 141) -bat, quae circa eum erant, nihil (*gr.* οὐκ ᾔδει ... οὐδέν, *Vulg.* nec quicquam aliud noverat. *cf.* Avg. *ibid.* Graecis usitata est vulgo locutio, apud nos recta non est; sed '-bat aliquid' dicimus). Luc. 22, 34 (cod. 5) Petre, non clamavit hodie gallus, usque quo ter me negabis -ire me (*gr.* με ἀπαρνήσῃ ⌊μὴ⌋ εἰδέναι με [⌊ ⌋ *om. pars codd.*], *Vulg.* abneges nosse me). Hil. trin. 9, 65 (*ad Matth. 25, 12*) ab eo, qui nihil ⌊non⌋ -it, indignae sunt *virgines fatuae,* quae sciantur (⌊ ⌋ *om. pars codd.*). **c** *per* neque ... neque *explicantur ea, ad quae negatio pertinet*: Ter. Eun. 305 *p. 628, 55.* 722 *p. 632, 27.* Cic. Tusc. 3, 4 *p. 629, 6.* Sen. dial. 2, 9, 2 *p. 637, 31.* Vet. Lat. I Tim. 1, 7 (Rufin. in lev. 5, 9 p. 351, 8) -entes, n. quae loquuntur n. de quibus affirmant (*gr.* μὴ νοοῦντες, *Vulg.* non intellegentes).

**2** *verbum -o ad enunt. plura pertinet, ita ut in enunt. posteriore fere verbum sciendi intellegatur (cf. p. 635, 19. 25); enunt. iunguntur per*: neque (nec): Plavt. Aul. 30 *p. 631, 6.* 71 Bacch. 722 Persa 514. Cic. ac. 2, 145 tu nunc, Catule, lucere -is nec tu Hortensi in tua villa nos esse. Tusc. 5, 116 *p. 636, 52.* Lael. 55 *p. 629, 32.* Sen. Thy. 819 *Eos* -it fessos tinguere currus nec fumantes sudore iubas mergere ponto. Vet. Lat. Matth. 22, 29 *p. 632, 19.* 25, 13 *p. 632, 39.* Avg. pecc. mer. 1, 22, 33 *p. 637, 51.* nisi: *v. l. 68sqq.* non: Sen. Med. 866 *p. 637, 19.* sed: Greg. M. in euang. 6, 4.

**3** *accedit*: **a** *adv.* (*exempla selecta*): adeo: Tiro Gell. 13, 9, 4 a. ... litteras graecas -verunt, ut *eqs.* (Qvint. decl. 335, 7 Avg. c. adv. leg. 1, 7, 10). Lvcan. 3, 118 usque a. (5, 286. Avg. c. Petil. 2, 62, 140 ut). *al.* adhuc: Cic. Att. 7, 10. 9, 2$^a$, 3 Ov. met. 5, 474. 9, 554. Sen. contr. 1, 7, 7 *p. 629, 6. al.* Sen. epist. 59, 13. Lvcan. 9, 1015 *p. 632, 14.* Stat. Theb. 6, 784 *p. 635, 64.* Avg. anim. 4, 4, 5 a. usque (*ibid. iterum. al.*). *al.* certe: Ov. met. 2, 423 *p. 632, 10.* Fronto p. 181, 13 (*sed interpunctio incerta est*). *cf.* certum *vol. III 915, 32sq.,* pro certo Tert. nat. 1, 3, 3 (*sim.* apol. 2, 18). fortasse, forsitan: Plavt. Mil. 281 Ter. Eun. 1062. Hier. epist. 22, 8, 4 *p. 634, 31. al.* iam: *v. vol. VII 1, 101, 11sq., ubi addas* Cic. orat. 158. omnino: *v. vol. IX 2, 603, 42sqq.* penitus: Lact. inst. 4, 13, 12 Hil. syn. 63 Avg. civ. 22, 8 p. 567, 13. *al.* plane: *v. vol. X 1, 2341, 62.* profecto: Plavt. Pseud. 894. Rud. 750 *l. 65.* Ps. Qvint. decl. 11, 4. *al.* prorsus: *v. vol. X 2, 2158, 15sq.* usque: Ov. fast. 5, 230 *p. 632, 12; v. etiam l. 42. 45.* **b** *indicatio causae: v. p. 628, 70. 71. 72. 631, 6. 635, 48. 65.* **c** *indicatio respectus: v. p. 631, 68sq.*

**4** *de locutionibus peculiaribus*: **a** *interrog. rhet.* quis -it? (*cf.* Qvint. inst. 10, 1, 12 plurima ... mutatione figurarum: scio 'non ignoro' et 'non me fugit' et ... 'q. -it?'): *v. p. 632, 41sqq. 634, 39sqq. 635, 32sq.* **b** *per formulam* -o, nisi *conceditur aliquid aliud tamen sciri (aliter p. 635, 56)*: *cum praedicato*: Plavt. Cist. 5 qui magis potueritis mihi honorem ire habitum, -o, n. ... fieri non posse arbitror. 676. Poen. 649 quis hic est? :: -imus nos quidem istum qui siet; n. dudum mane ... istunc e navi exeuntem ... videmus *eqs.* (*cf.* Cic. S. Rosc. 99 n. hoc video). Rud. 750 huic alterae quae patria sit, profecto -o, n. scio probiorem hanc esse quam te (Ter. Andr. 663. Avr. *p. 642, 43*). Ter. Eun. 826 quam ob rem adductust? :: -o, n. amasse credo Pamphilam. Phorm. 474 ecquid spei porrost? :: -o. :: ah! :: n. Phaedria haud cessavit pro te eniti. *sine praedicato*: Plavt. Men. 530 scin, quid hoc sit spinter? :: -o, n. aureum. Most. 278 *p. 629, 20.* 606 *p. 636, 20.* Pseud. 106 n. quia ([*v. p. 628, 55*]. Ter. Eun. 736. *cf.* n. quod: Ter. Haut. 958 *p. 633, 27.* Qverol. p. 8, 3). Tert. nat. 2, 2, 10 Diogenes consultus ... an dei essent, '-o' inquit 'n., ut sint, expedire'. Qverol. p. 44, 16 ubi arculam istam ... abscondemus ...? :: -o edepol, n. ubicumque in flumine. **c** *formulam* si -is *sequitur explicatio rei sciendae: v. p. 635, 34sqq.*

*[Marchionni]*

**5** *inf. praes.* -ire *obtinet locum substantivi* (*accedit pron. poss. l. 4*): Sen. nat. 6, 3, 4 et cum timendi sit causa -ire, non est tanti scire, ne timeas? Fvlg. myth. 1 praef. p. 11, 22 si his, quibus ignorare aliquid contingit, ne ipsum quidem -ire suum scire contingerit *eqs.*

**PARS ALTERA: *fere vi verbali evanida.***

*iungitur forma* -o *c. pron. interrog., ita ut oriatur pron. indef. syllabam finalem* ŏ *brevem esse apparet ex poetis inde a* Plavto; *cf. etiam* Ter. Mavr. 1028 dactylon haec eadem poterit totiens dare forma[m], quando brevem mediam brevis aeque tertia claudet: 'nunc age', '-o quis'. Serv. Aen. 6, 104 'o' *finalis* ... apud Vergilium ... pro longa habetur ... exceptis 'ego' ..., 'scio' ... et '-o', ut: '-o quis *eqs.*' (*affert p. 642, 5, ut* Frg. Bob. gramm. VI 626, 8). *locutiones* -o quis, -o quid, -o quot *in unam vocem contrahunt hic illic edd., cf.* Cledon. gramm. V 52, 25 et figura in pronominibus ita est, ut et ab ultima parte componantur et a prima, ut quispiam aliquis ... -oquis. *saepe loquens variis rationibus aliquem vel aliquid describere non vult, maxime contemptim, e. g. p. 640, 3sqq. 641, 6sqq. 42. 46sqq., vel e modestia quadam, e. g. p. 640, 13sq. 21sq. 35. 68 (cf. explic. p. 641, 6. 56), ceterum dicitur e. g. de re parva l. 63. p. 640, 74. al., magna p. 640, 55sqq. 641, 66. 72. al.*

**CAPVT PRIMVM:** *c. pron. interrog. subst.*: **I** quis, quid (*nom. sing. masc.* qui Sen. benef. 5, 15, 3 *et in var. l.* Calp. ecl. 1, 21, *neutr.* quod *l. 58, nom. plur. masc.* ques *p. 641, 8; huc pertinent* Gloss. biling. I 15, 55 νεσκ⟨ιω⟩ κοις· οὐκ οἶδα τίς. Not. Tir. 3, 53 -o quis [*cf. 52* aliquis]):

**A** *nude*: **1** *usu quolibet* (*hic illic praeparatur enunt. relat., e. g. l. 38. 41. 74*): **a** *de animantibus*: **α** *de ignoto quodam in scaenam prodeunte* (*v. etiam p. 640, 17. 641, 27*): Plavt. Amph. 331sq. certe ... hic -o q. loquitur.:: salvos sum ..., -o quem loqui autumat (Bacch. 1104 Persa 99 Rud. 97). 1063 -o q. maxuma voce exclamat *eqs.* Mil. 1281 -o q. eccum incedit. Pseud. 693 ducit -o quem secum. Ter. Haut. 510 a me -o q. exit. Ad. 635 prodit -o q. **β** *cetera exempla*: Plavt. Asin. 285 vinctos -o quos ait. Capt. 837 -o quem ad portum nactus es, ubi cenes. Curc. 648 ibi me -o q. arripit. *al.* Ter. Hec. 828 homo se fatetur vi in via -o quam compressisse. Pompon. Atell. 99. Varro Men. 145 prius quam responderem, foris -o q. occupat res indicare. rust. 1, 69, 2 ille ... narrat a -o quo percussum cultello concidisse, quem, qui esset, animadvertere in turba non potuisse. Cic. Att. 15, 5, 3 Varro ... ad me epistulam misit sibi a -o quo missam – nomen enim delerat. Catvll. 53, 1 risi -o quem ..., qui *eqs.* Tib. 1, 6, 6 Delia furtim -o quem ... fovet (*de rivali ut*: Prop. 3, 23, 13 an tibi -o quae visa est formosior? Ov. am. 3, 11, 11 met. 1, 590. *cf. e. g. p. 641, 38*). Ov. epist. 13, 93 sors quoque -o quem fato designat iniquo, qui primus *eqs.* met. 6, 382 ubi -o q. Lycia de gente virorum rettulit exitium, Satyri reminiscitur alter, quem *eqs. al.* Sen. contr. 9, 5, 5 -o q. exclamavit *eqs. al., e. g.* Avg. in psalm. 98, 10 obscura illa dicta -o quem manifestum praesignabant; ille autem -o q., iam non est -o q., quia scitur a nobis, dominus noster Iesus Christus.

**b** *de rebus*: **α** *exempla varia*: Plavt. Men. 778 -o q. vos velitati estis inter vos duos. *al.* Ter. Hec. 827 ⌊-o q.⌋ suspicarier ... coepi (⌊ ⌋ Don. pro 'aliquid'). *al.* Afran. com. 191 is cum filio coiecerat -o q. de ratiuncula. Cic. leg. 2, 3 inest -o q. et latet in animo ... meo, quo me plus hic locus fortasse delectet. div. 2, 82 Aiax ... querens de ferocitate Troianorum -o q. (Ov. epist. 18, 82 Alcyones solae ..., -o q. visae sunt mihi dulce queri). Att. 10, 4, 11 opus fuit Hirtio convento? est profecto -o q., sed velim quam minimo (Ov. am. 3, 4, 28 -o q., quod te ceperit, esse putant. Sen. benef. 7, 30, 2. Avg. serm. 77B coll. Morin p. 654, 7 -o q. est, immo magnum aliquid est, propter quod oportet semper orare. *cf. formulam* -o q. certe est: Catvll. 80, 5 Verg. ecl. 8, 107. Pers. 5, 51 -o quod). 10, 10, 6 (*de filio fratris*) nihil ego vidi ... tam -o q. cogitans (Sen. contr. 2, 5, 2 -o q. istum de tyrannicidio cogitare. Calp. decl. 4). *al.* Pvblil. sent. N 24 -o q. agitat (cogitat *trad.*), cum bonum imitatur malus. Hor. carm. 3, 24, 64 scilicet improbae crescunt divitiae; curtae -o q. semper abest rei. Tib. 1, 5, 75 -o q. furtivus amor parat. Ov. met. 12, 616 de tam magno restat Achille -o q. *al.* *acc. neutr.* -o quid *pro adv.* (*fort. huc p. 628, 63*): Plavt. Cas. 582 -o q. se sufflavit uxori suae. Ter. Andr. 340 laetus est -o q. (*cf.* Don. *ad loc.* 1 deest 'propter', ut sit: propter -o q. 2 '-o q.' adverbiale). Hec. 321 uxorem ... pavitare -o q. dixerunt. Haut. 620 -o q. tristis est. Ad. 79 -o q. tristem video. Pompon. Atell. 120 -o q. non est hoc merum, quod hic plorat. Cic. Phil. 2, 36 -o q. conturbatus esse videris. *al.* Petron. 127, 5 toto mihi caelo clarius -o q. relucente. Gell. 17, 2, 19 -o q. maioris dignitatis est verbum 'sanctitudo', *sc. quam 'sanctitas'* (-o quī *Madvig, fort. recte*). Porph. Hor. carm. 1, 4, 12 -o q. (qui *Pauly*) enim quaedam eloquutiones per femininum genus gratiores fiunt (*sim.* epod. 9, 22). **β** -o quid *dicere, scribere sim.*: Ter. Eun. 298 -o q. de amore loquitur (Hor. sat. 1, 9, 67). Rhet. Her. 4, 52, 65 illi -o q. incipienti dicere, quod *eqs.* (Cic. leg. agr. 2, 13 -o q. voluisse eum dicere suspicabantur. Att. 5, 17, 5. *al.*). Sen. apocol. 5, 2 nuntiatur Iovi ... -o q. illum *Claudium* minari ..., respondisse -o q. *al.*

**2** *c. colore parvi pendendi*: *contemptim*: Cic. Verr. II 3, 43 ut populo Romano -o quid te praetore ad decumas accederet, deserandas arationes ... curasti. de orat. 3, 93 non quo, ut -o quos dicere aiebant, ... *id* nollem, sed *eqs. al.* Ov. epist. 7, 124 (*Dido Aeneae*) *proci* me ... querentes -o quem thalamis praeposuisse suis. Pont. 3, 9, 2 carmina -o quem carpere nostra refers. *al.* Plin. epist. 1, 15, 3 tu apud -o quem ostrea ... maluisti. Svet. Vesp. 13 Demetrium Cynicum ..., oblatrantem ... -o quid, satis habuit canem appellare. Avg. in psalm. 75, 7 -o qui sibi fecerunt Donatum, -o qui sibi fecerunt Maximianum, -o qui sibi fecerunt illum et illum, *sc. magistrum. al.* *modeste de opere suo*: Cic. Att. 13, 28, 2 de epistula ad Caesarem: ... -o quid e quercu exsculpseram *eqs.* 13, 38, 1 ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo ... exaravi -o quid ad te.

**B** *accedit pron. demonstr.* (*praeparat acc. c. inf. l. 19, enunt. relat. e. g. l. 17. 25sqq.; v. etiam l. 52*): Plavt. Bacch. 107 simul huic -o cui, turbare qui huc it, decedamus. Cic. Tull. 49 *non visum est* maioribus nostris tam indignum istuc -o quid, quam tu putas, hominem occidi. fin. 4, 61 (*loq. auditores Platonis reviviscentes*) *cur* Platoni ... -o quem illum, *sc. Zenonem,* anteponebas? Att. 13, 10, 1 scribere ista -o quae (*de libris philos.; e modestia quadam ut*: 14, 22, 1. Ov. trist. 3, 14, 25 hoc quoque -o quid nostris adpone libellis). fam. 7, 5, 2 tanta fuit opportunitas, ut illud -o quid (quod *var. l.*) non fortuitum, sed divinum videretur. *al.* Sen. contr. 10, 1, 12 timeo -o quem illum, qui patrem meum occidit. Qvint. inst. 9, 2, 71 sic ... fiet, ut iudex quaerat illud -o quid ipse, quod fortasse non crederet, si audiret. *al.*

**C** *accedit struct. partit.* (*qualitatis l. 47; cf. l. 70sqq.*): **1** *de rebus, sc.* -o quid *c. gen.*: *sing.* (*vocis demin. modeste vel contemptim positae l. 33. 41. 42*): Plavt. Amph. 605 huic homini -o q. est mali mala obiectum manu (Merc. 123 Persa 844 Ter. Haut. 236. *al.; cf.* boni: Phaedr. 2, 5, 20 Petron. 33, 8). 825 -o q. istuc negoti dicam (Qverol. p. 28, 4. *cf.* Cic. ad Q. fr. 3, 4, 6 negotioli). Ter. Haut. 625 -o q. peccati portat haec purgatio. Cic. Att. 1, 17, 1 *offensioni fratris* subesse -o q. opinionis incommodae. 16, 5, 1 rumoris -o q. adflaverat *eqs.* fam. 15, 4, 13 *cur* hoc -o q. gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. Vatin. Cic. fam. 5, 10 omnia mi dura imperas; de Catilio -o q. ad me scripsisti deprecationis diligentissimae *eqs.* Ov. Pont. 2, 8, 22 fallor ... an ... torva ... -o q. forma minantis habet? 3, 5, 42 *me exule* tua mens ... -o q. certe sentit abesse sui. *al.* *plur.*: Cic. Att. 7, 2, 8 Chrysippum ... propter litterularum -o q. libenter vidi (15, 4, 1). fam. 13, 1, 3 -o q. illud Epicuri parietinarum. Cael. Cic. fam. 8, 6, 4 -o q. cohorticularum. Laber. mim. 138 incipio ... -o q. nugarum facere (Hor. sat. 1, 9, 2. *cf. l. 60*).

**2** *de animantibus; pendet*: **a** *gen.*: Plavt. Mil. 174 -o quis ... vestrum familiarium (*item plur.*: Val. Max. 2, 4, 5 l. 355 -o quo deorum). Catvll. 6, 4 verum -o quid febriculosi scorti diligis (*item sing.*: Sen. contr. 1, 2, 18 -o quis feri et violenti animi venit). **b** *praepos.*: Cic. Cluent. 143 -o quis de eis, quos *eqs.* (Hist. Avg. Opil. 11, 5 -o qui de Lat⟨in⟩is. Qverol. p. 8, 23 esse hunc -o quem de aliquibus vel geniis vel mysteriis). Deiot. 24 ex eo numero servum (Phaedr. 3, 9, 5 ex populo. Petron. 15, 4 ex cocionibus). Ov. fast. 2, 398 ⌊in⌋ vobis (e *pars codd.*).

**D** *accedit adi.* (*compar. l. 55. 72. 75, superl. p. 641, 5; insuper pron. demonstr. l. 61. 64. p. 641, 9, gen. partit. l. 70sq.*): **1** *neutr. sing., sc. iunctum c.* -o quid (*exempla selecta inde a* Sen. *rhet.*): Ter. Hec. 304 magnum -o q. necesse est evenisse (Prop. 2, 34, 66 -o q. maius nascitur Iliade. Ov. epist. 12, 212 -o q. certe mens mea, *sc. Medeae,* maius agit. Sen. Phaedr. 858. *al.; cf.* grande: Sen. Oed. 925 Tert. nat. 1, 7, 28). Cic. S. Rosc. 115 ex eo T. Roscius non paululum -o q. in rem suam convertit, sed *eqs.* (*cf.* Ivv. 11, 48 paulum -o q. *pecuniae* superest. Hist. Avg. Pius 4, 8 parum). Verr. II 4, 33 tametsi hoc, *sc. ista intellegere,* -o q. nugatorium sciebam esse. Arch. 15 illud -o q. praeclarum ac singulare (Tusc. 1, 49). fin. 4, 36 cum ... animus non inane -o q. sit ..., sed in quodam genere corporis (Plin. nat. 36, 127. Tert. adv. Prax. 7, 6 *est* sermo ... vacuum -o q. et i. et incorporale). div. 2, 94 illud -o q. tenue, quod sentiri nullo modo, intellegi autem vix potest (Apvl. apol. 100, 2). *al.* Cass. Cic. fam. 12, 13, 1 fatale -o q. Catvll. 2, 6 cum desiderio meo nitenti karum -o q. libet iocari. Ov. ars 3, 286 (*de risu muliebri*) leve -o q. femineumque sonet. rem. 766 et mea -o q. carmina tale sonant (Plin. epist. 6, 25, 2 suspicor ... t. -o q. Robusto accidisse, quale aliquando Metilio Crispo). fast. 2, 137 (*ad Romulum*) tu breve -o q. victae telluris habebas (*item accedit gen. partit.*: Sen. Herc. O. 1346 Herculem spectas quidem, mater, sed umbram et vile -o q. mei). *al.* Sen. contr. 2, 2, 3 -o q. ... fortius (fortibus *codd.*) ... promittere. Plin. nat. 35, 88 *Apelli* percontanti ..., quanti liceret opera effecta, parvum -o q. (quod *var. l.*) dixerat *Protogenes.* Val. Fl. 7, 60 *si in Argo* latet ... -o q. plus ... viris (Mart. 6, 61, 9 -o ⌊q. p. est⌋ [quod p.

[Marchionni]

sit *pars codd.*], quod donat saecula chartis: victurus genium debet habere liber**)**. Stat. Theb. 10, 391 -o q. visu dubium incertumque moveri ... videt. Qvint. decl. 298, 11 iuvat *te* ... ex locupletis cena -o q. intactum. Pass. Perp. 4, 10 *manducavi* dulce -o q. (*gr.* τι ... γλυκύ). Avg. civ. 7, 2 p. 275, 6 -o q. abiectissimum. *al.* **2** *masc. vel fem.*: Ter. Hec. 383 vitiumst oblatum virgini olim a -o quo improbo (Don. *ad loc.* 8 '-o quem' dixit, ut ostendat ignobilem et abiectum; nam si nomen est, habet et dignitatem). Pacvv. trag. 221 ignoti, -o ques ignobiles. Cic. div. 2, 9 num -o qui ille divinus, si oculis captus sit ..., possit, quae alba sint, ... dicere? *adi. indicat originem*: Cic. Pis. 1 nemo queritur Syrum -o quem de grege noviciorum factum esse consulem. Ov. am. 1, 14, 49 -o quam pro me laudat nunc iste Sygambram. Ivv. 1, 130 inter *statuas triumphales* ... ausus habere -o quis titulos Aegyptius atque Arabarches. Avr. Fronto p. 50, 15 ut ait -o quis Graecus – puto Thucydides *eqs.* (Hist. Avg. Diad. 7, 4). Apvl. apol. 97, 4 -o quos Chaldaeos consuluerat.

**II** quantulum: Galen. ad Glauc. 2, 3, 1 cod. Cass. p. 86$^{a}$ **(***item* Vindoc. fol. 33$^{vb}$ *et* Oribas. syn. 7, 27 add. Aa p. 166, *sim.* Gloss.$^{L}$ I Ansil. GA 100 [med. p. 37]**)** *gangraenae* adhuc morientes et -o q. vitae sensusque retinentes (-o q. cumque *ed.* fol. 255$^{v}$).

**CAPVT SECVNDVM:** *c. pron. interrog. adi.*: **I** qui, quae, quod (*nom. sing. masc.* quis *e. g. l. 25. 27. 38. 42. 48, neutr.* quid *l. 71 et in var. lectione* Mart. 3, 72, 2, *nom. vel acc. plur. neutr.* qua *l. 57 et* Gell. 2, 23, 12, quae *l. 40. 71 et* Gell. 9, 15, 9; *exempla selecta inde a* Sen. *rhet.*):

**A** *de animantibus* (*deis l. 30sqq. 37sq., animalibus l. 37. 45*): Plavt. Amph. 830 -o quis praestigiator hanc frustratur mulierem. Men. 406 -o quem ... alium hominem, non me quaeritas (Cic. Verr. II 5, 170. Font. 25 sapiens h.). Rud. 848 senex (Ter. Andr. 855 -o quis s. modo venit). *al.* Ter. Ad. 658 ex alio viro -o quo puerum natum. Afran. com. 159 dat rustico -o cui, vicino suo perpauperi, cui dicat dotis paululum. 417 -o qui nostri miseritust tandem deus **(**CE 54, 3 [*saec. I med. a. Chr.*] -o ⟨qui i⟩nveidit d. Ov. epist. 11, 26. *al.; fem.*: Comm. instr. 1, 16, 8 feminas quoque -o quas deas oratis. *cf. l. 37sq.***)**. Varro Men. 192 rapta a -o quo mulione. 562 -o qui longurio. Cic. Verr. II 5, 156 non advenam -o quem ..., sed civem Romanum, qui *eqs.* Phil. 2, 65 apud poetam -o quem (13, 49 Avg. epist. 82, 33 Svlp. Sev. dial. 3, 10, 4). div. 2, 79 adseculae suo Pergameno -o cui. Att. 5, 16, 2 (*de provincia eversa*) monstra quaedam non hominis, sed ferae -o cuius immanis. *al.* Verg. Aen. 2, 735 -o quod ... male numen amicum (Val. Fl. 7, 323. *al.*). Prop. 1, 11, 7 te -o quis ... hostis sustulit e nostris ... carminibus? Ov. epist. 19, 102 -o qua paelice captus. *al.* Sen. contr. 1, 7, 8 *uxor* peperit mihi tria -o quae prodigia variis generibus ... furentia. Petron. 57, 3 (*conviva increpat convivam*) quid rides ..., vervex? ... bellum pomum, qui rideatur alios! larifuga -o quis, nocturnus, qui non valet lotium suum! Gell. 18, 5, 3 eamus ... auditum -o quem istum Ennianistam. Pass. Perp. 20, 8 quando ... producimur ad vaccam illam -o quam? (*gr.* πρὸς τὴν δάμαλιν ἣν λέγουσιν). *al.* *accedit nomen proprium* (*cf. l. 69*): Cic. dom. 81 legem ... tulisti Anagnino -o cui Menullae pergratam. Sest. 68 Ligus iste -o qui, additamentum inimicorum meorum. *al.* Ov. epist. 5, 128 Theseus, nisi nomine fallor, -o quis Theseus. *al.* Gell. 11, 16, 7 -o quis hic Plutarchus. *al.*

**B** *de rebus*: **1** *incorporeis*: Plavt. Epid. 690 -o quam fabricam facit. Merc. 365 sollicitus mihi -o qua re videtur (Cic. Att. 6, 3, 6. Avg. ord. 1, 4, 10 divina. *al.*). Pseud. 408 is -o quo pacto praesensit prius (*al., v. vol. X 1, 214, 55sqq.*). Rud. 608 -o quo modo iratus videor mediam arripere simiam **(***al., v. vol. VIII 1291, 42sqq.; huc pertinere vid.* Not. Tir. 20, 25 -o quomodo [*cf. ?24* -o modo]**)**. Ter. Hec. 186 dixere causam tuam -o quam ([Don. '⟨-o⟩ quam', quia nullius momenti ac falsam]. Cic. Cluent. 74. *al.*). Varro Men. 286 mera miracula -o qua. Cic. Verr. II 2, 98 -o quo casu (fam. 5, 15, 3 Nep. Milt. 7, 3. *al.*). 5, 160 cum ... -o qua ratione clam e Lautumiis profugisset (Apvl. Socr. 21 p. 167. *al.*). Catil. 2, 11 breve -o quod tempus. Marcell. 13 ad illa arma fato sumus -o quo rei publicae misero funestoque compulsi (*al., v. vol. VI 1, 365, 62sqq.*). *al.* Verg. georg. 1, 412 -o qua praeter solitum dulcedine laeti inter se ... strepitant *corvi caelum serenum prospicientes* (4, 55). Ov. met. 5, 597 -o quod ... murmur. *al.* Sen. contr. 7, 1, 6 -o qua perturbatione tenebrae stupentibus offunduntur oculis (*cf.* Val. Max. 3, 8, 6 -o quibus tenebris). Lvcan. 4, 496 -o quod nostris magnum et memorabile fatis exemplum, fortuna, paras. Apvl. apol. 25, 5 -o quas anilis fabulas (Avg. in psalm. 75, 9. *cf.* util. cred. 18, 36 p. 47, 20 fabella Persica). Clavd. 26, 505 quid mihi -o quam ... Romam semper in ore geris? (*cf. l. 46 sqq.*). *al.*

*malis*: Plavt. Aul. 71 -o pol quae illunc hominem intemperiae tenent. Mil. 166 -o quid malefactum. 330 -o quae te ... scelera suscitant (Apvl. met. 8, 13, 2). Ter. Hec. 319 -o quod magnum malum ... me celas **(**Phorm. 193. Sen. Herc. f. 1147sq. -o quod mihi, -o quod animus grande praesagit m. [*sim.* Herc. O. 745]. Cvrt. 4, 10, 26. *al.***)**. Cic. leg. agr. 2, 14 bellum. fin. 5, 56 homines -o qua singulari segnitia praeditos. *al.* Sall. or. Macri 26 occupavit -o qua⟨e⟩ vos torpedo. *al.* **2** *corporeis*: Plavt. Merc. 641 canum, varum, ventriosum ... :: non hominem ..., sed thensaurum -o quem ... mali. Cic. Pis. 13 meministine ..., cum ad te ... venissem, -o quo e gurgustio te prodire *eqs.* frg. 14 tua illa -o quibus a terris apportata mater. *al.* Verg. ecl. 3, 103 -o quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Hor. epist. 2, 2, 35 castellum evertere ... -o quod cupiens. Prop. 2, 29, 14 tu -o quas quaeris, inepte, foris. Ov. epist. 21, 126 puer ..., quem tu -o quas dicis habere faces. met. 7, 62 -o qui mediis concurrere in undis dicuntur montes. Sen. contr. 10, 4, 3 membra -o qua tabe consumpta (*cf.* Sen. Herc. O. 752 lues). Mart. 3, 77, 9 -o quod stomachi vitium secretius esse suspicor (Tert. apol. 22, 5). Plin. epist. 4, 30, 10 an *est venis latentibus* ... -o quod libramentum abditum et caecum, quod *eqs.*? Ps. Tert. haer. 4, 5 spiritale -o quod corpus, *sc. Christo attributum a Valentino.* *al.*

**II** *variis*: Plavt. Merc. 864 -o quoia vox. Poen. 345 sunt mihi intus -o quot nummi aurei **(**[quod *var. l.*]. Prop. 2, 29, 3 -o q. pueri. Avg. in euang. Ioh. 35, 4. serm. 167, 1 *puer* nascitur et statim plorat; post -o q. dies ridet. *al. apud eundem***)**. Cic. Att. 12, 33, 1 *Damasippus e fundo suo* partīs fecit in ripa -o quotenorum iugerum.

**CAPVT TERTIVM:** *c. pron. interrog. adv.* (quo modo *v. p. 641, 53,* quo pacto *v. p. 641, 52,* an *v. p. 630, 42sqq.*): -o unde **(**u. -o *l. 26; accedit indicatio loci l. 25; huc pertinere vid.* Not. Tir. 20, 76 -o u. [*sed cf. 77* scio u.]**)**: Plavt. Amph. 424 -o u. haec hic spectavit. Aul. 177 -o u. sese homo recipit domum. Cic. orat. 79 sententiae ... -o u. ex abdito erutae. Avg. civ. 3, 12 p. 109, 26 mater etiam deum -o u. a Pessinunte. Conc.$^{S}$ IV 2 p. 172, 12 quod *concilium* u. -o Arrii ... opinionem inposuisse visum est neque enim Arrius aliquando *eqs.* *al.* -o ubi (nesciocube *v. p. 643, 6*): Plavt. Epid. 537 videor -o u. mi vidisse prius. Mil. 1258 -o u. hīc prope adest, quem expeto videre (*item accedit adv. loci*: Tert. adv. Val. 7, 3 -o u. illic ... Valentinianorum deus ... habitat). Qvint. inst. 8, 5, 24 *Germanorum, sc. ingentium,* caput -o u. impositum. *al.* -o quī (*confunditur in codd. c.* -o quid *l. 33. 36; cf. p. 639, 70*): Plavt. Merc. 258 conlibitumst illuc mihi -o q. visere. 388 -o q. animus mihi dolet. Ter. Andr. 841 -o ˌq.⟨i⟩dˌ tibi sum oblitus ... dicere (ˌ ˌ quid *legit et* Don. *explicans ad loc.* 1 deest 'propter', ut sit: propter -o quid. 2 aut: -o quare, ut sit adverbiale). Cic. fam. 15, 16, 1 fit ... -o qui[d], ut quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te. Sen. contr. 1, 1, 19 novit (mo- *codd.*) ... -o qui iste misericordiam meam. -o quō (*c. gen. part. l. 42*): Cic. div. 2, 37 qui fit, ut ... *hoc* non videas, cor subito non potuisse -o q. avolare? Att. 8, 14, 3 ait ... Lepidus eum -o q. penetrasse itineribus ⟨...⟩. 12, 37, 4. Ov. trist. 1, 2, 18 venti ... velaque -o q. votaque nostra ferunt. Sen. contr. 7 praef. 9 ut perveniant -o q. terrarum. Avr. Fronto p. 2, 6sq. ego ubi animus meus sit, -o, nisi hoc scio, illo -o q. ad te profectum eum esse. Querol. p. 24, 22. Pomp. gramm. V 235, 16 vadis -o q. per plateam. -o quandō: Cic. Phil. 2, 3 contra rem suam me -o q. venisse questus est. Tusc. 1, 92 Endymion ..., si fabulas audire volumus, ut -o q. in Latmo obdormivit, ... nondum ... est experrectus. Peregr. Aeth. 37, 2 quoniam -o q. dicitur quidam fixisse morsum et furasse de sancto ligno. -o quā: Cic. Phil. 3, 20 quod in templum *Capitolinum* ipse *Antonius* -o q. per Gallorum cuniculum ascendit. Ov. epist. 20, 209 postmodo -o q. venisse volubile malum. Ib. 423 *ut* tua -o q. (quae, quo *pars codd.*) semper fortuna liquescat *eqs.* -o quāliter: Vet. Lat. II Macc. 7, 22 (rec. L, *sim.* X, V, P) -o q. in utero meo apparuistis neque ego spiritum donavi vobis (*nisi ad p. 628, 49sqq.; gr.* οὐκ οἶδ' ὅπως, -o quomodo recc. B, M). Rvstic. Conc.$^{S}$ I 4 p. 229, 3 diruptis e medio scandalis, quae -o q. subinducta sunt. p. 237, 6 ab his, qui -o q. falsae scientiae diversalia diligunt (*gr. I 1, 6 p. 158, 6* οὐκ οἶδ' ὅπως). -o quotiē(n)s (*huc pertinere vid.* Not. Tir. 10, 31 -o q. [*cf. 30* aliquotiens]): Avg. civ. 12, 18 p. 539, 8 -o quibus circuitibus -o q. revolutum epist. 204, 4 iam enim -o q. disputando et scribendo monstravimus *eqs.* c. Fort. 25 c. Iulian. 5, 13, 50. c. Iulian. op. imperf. 2, 44 (*postea*: multiloquio tibi excitas caliginem ... eadem per eadem repetens). 6, 21, 9 quod -o q. tibi iam ad ista responsum est.

*part. praes.* **nesciēns,** -entis. *pro subst. masc. v. e. g. p. 635, 67; neutr.*: Avg. ord. 1, 8, 25 pulchritudo rationis *divinae* cuncta scientia et -ia modificantis. *pro adi.* (*c. gen.*): Apvl. apol. 42, 3 *accusatores* confixere puerum quempiam carmine cantatum ... corruisse, postea -em sui excitatum. Clavd. Don. Aen. 1, 350 p. 75, 16 puellam adhuc virginem et alterius amoris -em.

*adv.* **nescienter.** *i. q. ignoranter*: Avg. doctr. christ. 2, 144 ipsis Aegyptiis -r commodantibus ea, *sc. vasa aurea populo Iudaeo proficiscenti* (nesciente(s) *sim. var. ll.*). Verec. in cant. 4, 30 l. 21 tamquam pede mentis offensionis scandalo -r inliso *ciciderunt infideles.*

*p. p. p.* **nescītus,** -a, -um. *fere i. q. ignotus, incognitus*: **1** *pro adi.* (*exempla certa, sc. c. dat.*): Mart. Cap. 2, 113 non sibi ... -um *esse,* quid sponsus ipse perageret. Ennod. carm. 1, 4, 92 quod pudet, heu, longo

nobis -us in aevo est *adulescens optimus.* **2** *neutr. plur. pro subst.*: VINCENT. LER. comm. 28, 14 qui aut -a non discit aut scita contemnit. BOETH. cons. 5 carm. 3, 17 quis ... quicquam nescius optet? aut quis valeat -a sequi quove inveniat?

*deriv.*: nescientia.

nescio ubi, non **nesciocube** PROB. app. gramm. IV 199, 16 (*cf. etiam p. 642, 27*).

**nescion** *v.* 1. nession. **nescioquis** *sim. v.* nescio *p. 639, 7 sqq.*

**nescītus,** -a, -um *v.* nescio. *Marchionni.*

※**nescius,** -a, -um. **[***adi. sec.* cōn-/īnscius *compositum e particula* 3. ne *et* -scius *'sciens' a* scīre (< *sku̯ə$_1$-i̯e/o), *cui subest radix* *(s)keu̯ə$_1$- *'intueri', cf.* caveo, *theod. vet.* scouwōn *'intueri', gr.* κοέω *'animadvertere, audire', slavon. vet.* čuti *'sentire'*; -us *notione act. ponitur pro part. praes.* nesciens *sub II, quod maxime apparet ex acc. obi. pendente p. 644, 2 sqq.; cf. Leumann, Gramm. 1977, 395; Hofmann-Szantyr 425; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 561; Willi, Glotta 88, 2012, 263 sqq. Mei.***]** *de notione et differentia*: GELL. 9, 12, 18 -us ... dicitur tam is, qui nescitur, quam qui nescit; sed super eo, qui nescit, frequens huius vocabuli usus est, infrequens autem est de eo, quod nescitur (*affert l. 42, ut* NON. p. 145, 7 -um pro incognito). CHAR. gramm. p. 396, 16 inscius aliquid nescit, -us nihil novit: alter in parte errat, alter in toto. GLOSS. -us: ἀγνοῶν. ignobilis. ignavus (*an* ignarus*?*), inperitus. *sim. al.; v. etiam p. 646, 53 sqq.* *legitur non nisi posit. inde a* PLAVTO, EPITAPH. Pacuv., *inscr. p. 644, 5. 16,* RHET. Her., CIC., *sc. praecipue in poesi, inde a* TAC. *etiam frequenter in orat. soluta (cf. Adams, Class. Quart. 22, 1972, 367 sq.); de usu et differentiis v. vol. VII 1, 1839, 40 sqq.* **[***a serm. ecclesiastico haud aliena sunt it.* nescio, *francog.* nice, *prov.* nesci, *cat.* neci, nici *m.*, nècia *f.*, *hisp.* necio, *port.* nescio; *neap.* niscə me *'me miserum!',* nèscia me *'me miseram!' (Alessio, Lex. etym., 1976, 280); sic.* (*San Fratello*) nis *'rusticus, impolitus'* (*cf. p. 647, 16 sqq.*). *cf. M.-L. 5900. Battisti-Alessio IV 2575. Wartburg VII 104 sq. Corominas II 694. Corominas-Pascual II 66. Houaiss² 2012. Schd.-Cr.***]** **[***confunditur in codd. c.* nescire *e. g.* OV. am. 1, 13, 12 LVCAN. 7, 191 (*restit. l. 59. p. 644, 62*), inscius CIC. fin. 5, 51 VERG. Aen. 12, 227 (*in var. lectione falsa vol. VII 1, 1844, 7 et* CARM. de Sod. 35; *e coni. dub.* TVRPIL. com. 65; *cf. etiam p. 646, 74*), conscius CLAVD. 16, 12; *falso traditur* CVLEX 199.**]**

**I** *passive i. q. ignotus* (*cf. l. 19 sq. p. 646, 53 sqq.; quis nesciat, indicatur per dat. l. 45 sqq. 58; apud* PLAVT. *non nisi in lusu verborum, sed inde a* TAC. *sui iuris* [*sec.* ignarus *ut videtur, cf. Goodyear, comm. 1981, 89 ad l. 44*]): **A** *de rebus*: **1** *absolute*: PLAVT. Capt. 265 si quid nescibo (*Acidalius,* nescivi *trad.*), id -um tradam tibi. Rud. 275 (*loq. Palaestra et Ampelisca*) quae in locis -is ⌊-a spe sumus⌋ **(**-as pessimus *codd.* Gell. 9, 12, 21 [*v. l. 19*]; -a spe *fort. vi activa, ut locum ad p. 647, 17 sqq. trahas***)**. TAC. ann. 1, 59, 5 aliis gentibus ignorantiā imperi Romani inexperta esse supplicia, -a tributa (*item accedit dat.*: ARNOB. nat. 1, 43 [*pro subst.*] quid dicitis ... incomperta vobis et -a ... garrientes? IVVENC. 4, 177 -us illis adventus domini. CLAVD. 26, 553 -a vatibus ipsis veri sera fides [noxia *trad., fort. recte*]. CYPR. GALL. num. 208 iud. 404 ARATOR act. 2, 14**)**. APVL. met. 5, 12, 2 *Psyche gravida* sarcinae -ae rudimento miratur ... incrementulum ... uteri (*fort. vi activa, v. Sick, Wien. Stud. 118, 2005, 108*). 8, 13, 1 *Thrasyllus exoculatus* dum dolore -o crapulam cum somno discutit. PS. AVG. serm. ed. Caillau 1 app. 8, 2 mirantur, quod ex ore alieno -am audiant vocem. CYPR. GALL. Ios. 216 -us usus. GREG. TVR. glor. mart. 23 initio ... -o, ... fine ... ignaro. ARATOR act. 1, 224 -a verba. **2** *cum struct.*: *acc. c. inf.*: TAC. ann. 16, 14, 1 *Pammenes non* -um habebat Anteium caritate Agrippinae invisum Neroni (*sc. esse*). *enunt. interrog.*: ARNOB. nat. 4, 8 unde scire potuistis, quae nomina singulis *deis* inderetis, cum esse illos ignoraretis omnino ..., cum esset vobis similiter -um (*ed. princ.,* nesciunt *cod.*), quisnam eorum quid posset?

**B** *de hominibus* (*vix huc p. 646, 53*): AVSON. 12, 19 (236 S.), 1 cede procul myrtumque istam fuge, -us hospes; ... scit pius Aeneas ..., quod *eqs.* **(**-us *tamquam* ξένος *non solum aliquem alienum, qui ignotus est, significare potest, sed etiam, qui sepulcrum vel famam mortui ignorat, v. Lattimore, Themes in Greek and Latin Epitaphs, 1942, 230 sqq., ut locus simul ad p. 647, 17 sqq. pertineat; cf. etiam p. 647, 28***)**. CLAVD. DON. Aen. 8, 150 p. 138, 3 intuebatur Euander -um, *sc. Aenean.*

**II** *active i. q. qui nescit* **(***est inscius, ignarus, imperitus sim. [v. p. 644, 41 sqq. 647, 16 sqq.], non potens [v. p. 644, 71 sqq. 646, 4 sqq.], immemor [v. p. 644, 17 sqq.], expertus [v. p. 645, 11 sqq.]; saepe in fig. litot. q. d., in orat. soluta aet. rei publ. praecipue in iuncturis* non sum -us [*v. p. 645, 39 sqq. 58 sqq.*] *vel* ne forte sis -us *sim. [v. p. 646, 50 sq.]; iuxta pon. vel pro syn. est* ignarus *e. g. p. 644, 69. 645, 3. 31. 47. 646, 64,* indoctus *p. 646, 20. 647, 30,* inscius *p. 645, 17. 647, 15,* rudis *p. 646, 16. 17. 647, 23, opp.* conscius *p. 647, 15,* gnarus *p. 644, 67. 647, 24. 26***)**: **A** *cum struct.* (*cf.* ARVS. gramm. 390 -us hoc facere [*affert p. 646, 5*] ...; -us hoc fieri [*affert p. 646, 22*] ...; -us huius rei [*affert p. 646, 8*]**)**: **1** *pendet casus indicans, quid nesciatur*: **a** *acc.* (*sec.* nescire *c. acc., v. p. 631, 1 sqq. et cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 15, 1908, 563*): EPITAPH. Pacuv. Gell. 1, 24, 4 (*antea*: hic sunt ... Pacuvi ... sita ossa) hoc volebam -us ne esses **(***sim., fort. de eadem origine*: CIL I² 1209, 6 [*saec. II ex. a. Chr.?*]. 1210, 5 [*saec. II²/I¹ a. Chr.*]; *vix ad p. 646, 49 sqq., si* hoc *pendet a* velle**)**. IVL. VAL. 1, 18 l. 543 *Nicolaus* -us ... itus illius *Alexandri* causas et certaminis studium. HEGES. 4, 4, 1 p. 244, 6 *quidam* dolis nulli ... secundus, inprobitate ⌊parem -us⌋ (*i. parem non habens, incomparabilis*). 5, 24, 2 p. 356, 21 aviditas modum -a (*cf. p. 646, 8*). CARM. de Iona 53 -us haec, *sc. tempestatem sim.,* reus ipse ... stertens inflata resonabat nare soporem. IORD. Get. 136 Fritigernus ⌊dolum⌋ -us (nesciens *codd. rec.*; ⌊ ⌋ doli *quidam codd.*).

**b** *gen.* (*cf.* PRISC. gramm. III 217, 27 genitivo solent iungi; *ad gen. accedit participium l. 22. 30. 44. 46) indicans*: **α** *animantes: quibus aliquis se abstinet*: CIL I² 1221, 6 (*saec. I in. a. Chr.*) Aurelia ... casta, pudens, volgei -a, feida viro (*cf. Ter. Haut. 386* volgus quae ab se segregant). PS. AVG. serm. 128, 1 *Mariam* viri -am. *quorum aliquis immemor sim. est*: CATVLL. 68, 17 non est dea, *i. Venus,* -a nostri **(**OV. trist. 3, 3, 26 ego sum dubius vitae, tu forsitan istic, *sc. Romae,* iucundum n. -a tempus agis? CLAVD. 3, 19 numina ... -a ⌊n.⌋ [veri *var. l.*]**)**. LACT. inst. 5, 9, 9 populus ... *non* dei -us. *quorum aliquis non conscius est*: LVCAN. 2, 526 -us interea capti ducis arma parabat Magnus. *quos aliquis non cognovit*: PAVL. NOL. carm. 16, 180 mulier ... -a sancti, conscia servitii. AVG. civ. 19, 25 p. 401, 12 mens ... veri dei -a.

**β** *res*: Ⓘ *quas aliquis (aliquid) non scit*: Ⓐ *quas factas esse, evenisse, certum statum habere ignorat* (*exempla potiora, cetera v. l. 41 sqq.; huc fortasse trahas l. 54. 62. 65 sqq. p. 645, 26*): ① *-i sunt animantes*: VARRO rust. 3, 16, 7 *apis* neque ignava ... neque tamen -a suae inbecillitatis. OV. Pont. 1, 5, 4 -us exilii ne videare mei. LVCAN. 4, 744 *Curio* fugam credens simulatae -us artis, ut victor, mersos aciem deiecit in agros. TAC. hist. 2, 57, 1 Vitellius victoriae suae -us. ann. 4, 25, 2 ab Romanis ... cuncta proelio provisa; hostibus contra omnium -is non arma, non ordo, non consilium. 11, 12, 2 *non* Silius flagitii aut periculi -us erat. SVLP. SEV. chron. 1, 33, 8 (*subest I reg. 14, 27*) Ionatha interdicti -us ... mel degustaverat. RVST. HELP. hist. testam. 2 *Eva* tantae ... -a fraudis. ENNOD. dict. 1, 10 p. 426, 4 -a examinis turba Quiritium. VITA Fulg. Rusp. p. 27 *mater* adhuc virtutis eius *filii* -a. ② *-ae sunt qualitates hominum*: PRISCILL. tract. 10, 136 ambitio fortunae suae -a. COD. Theod. 1, 29, 8 periculi sui -a latronum ... insania. RVST. HELP. benef. 64 mortalis -a fetus virginitas.

Ⓑ *quarum naturam non novit*: ① *de futuris*: VERG. Aen. 1, 299 ne fati -a Dido finibus *Teucros* arceret **(**10, 501 *p. 646, 8.* OV. met. 9, 336 Dryope fatorum -a. VAL. FL. 4, 253 *Amycus* urgentis post ⌊saeva⌋ piacula f. -us [⌊ ⌋ *coni. Ehlers,* sera *codd.*]. *cf. l. 52***)**. VAL. FL. 6, 491 ducitur infelix ad moenia summa futuri -a virgo, *i. Medea,* mali (PLIN. epist. 8, 23, 8 impendentis m. -us). TAC. ann. 5, 9, 1 filius imminentium intellegens, puella adeo -a, ut *eqs.* (15, 9, 2 Paetus i. -us). HIER. epist. 22, 15, 2 o infelix humana condicio et futuri -a! ② *de praesentibus vel praeteritis* (*fort. huc p. 645, 6*): VERG. Aen. 12, 227 *Iuturna* in medias dat sese acies, haut -a rerum (TAC. ann. 2, 46, 1 Arminium ... r. -um. LACT. ira 13, 18 infantes ac -os ... r. *cf.* TAC. ann. 4, 58, 3 ceterorum). CVLEX 145 *arboribus diversis* aderat veteris myrtus non -a fati. HOR. carm. 1, 5, 11 *puer quidam* -us aurae fallacis, *i. Pyrrhae.* OV. am. 3, 11, 40 videor voti -us esse mei ([*nisi ad l. 27 sqq., ut* ars 1, 64 cogeris v. -us esse tui]. met. 10, 481). epist. 1, 65 Sparte ... -a veri (met. 1, 614 Saturnia ... v. quasi -a. SIDON. epist. 7, 14, 4 supra pecudes v. falsique -as). fast. 2, 47 antiqui ne -us ordinis erres (*in enunt. fin., ut* 4, 909 ritus ne -us essem; *cf. p. 646, 50 sq.*). trist. 1, 3, 12 qui ... est vitae -us ipse suae **(**PERS. 5, 34 v. -us error [*i. errans propter imprudentiam pueritiae*]. CYPR. ad Donat. 3 v. meae -us. ANON. hist. Hadr. 3, 11 [*loco corrupto*] *exulem* trementem vidi tamquam v. -us suae**)**. COLVM. 10, 58 -a plebs generis, matri ne parcite falsae. STAT. silv. 4, 5, 38 vadosae -us Africae (*ed. Avantii,* nesciet *cod.; fort. ad l. 27 sqq.*). MART. 9, 84, 6 *non* -a ... nostri nominis (*sc. carminum meorum*) Arctos erat. TAC. ann. 4, 13, 3 inter extorres et liberalium artium -os (*nisi ad l. 72 sqq.*). 4, 20, 4 insontes magistratus et culpae alienae -i **(***item de sceleribus sim.* [*nisi locos ad l. 27 sqq. trahere malis*]: 6, 38, 3 scelerum Seiani diu -us. 12, 4, 3 insidiarum -us. 15, 54, 3 Milichum ... sive gnarum coniurationis ... seu -um. APVL. met. 10, 5, 1 -us fraudis occultae. 10, 6, 2. DRAC. Orest. 35 -us uxoris scelerumque ignarus Egisti. *fort. huc p. 645, 2***)**. *al.*

Ⓘ *quas aliquis (aliquid v. p. 645, 8) facere nescit et inde facere non potest; casu gen. est*: *subst.* (*fort. huc l. 64*): OV. trist. 5, 2, 67 -a ... est vocis ... barbara lingua latinae (GELL. 10, 24, 2 Augustus, linguae l. non -us). PHAEDR. app. 14, 4 (*asinus de chordis lyrae temptandis*) bella res ... male cessit ..., artis quia sum -us (*cf. l. 64*). COLVM. 1, 8, 4 (*de illiterato*

*[Meusel]*

vilico) -us litterarum. Tac. ann. 3, 46, 1 inconditi ... ac militiae -i oppidani. 4, 54, 1 *Agrippina* simulationum -a (*nisi ad p. 644, 65sqq.*). Cypr. patient. 12 unusquisque *nuper natus* ... adhuc omnium -us et ignarus nihil aliud novit ... quam flere. Ennod. dict. 23, 2 p. 497, 16 parvulum nostrum ... fuci -um. *gerund.* (*cf. l. 24sq.*): Tac. ann. 3, 1, 1 *Agrippina* violenta luctu et -a tolerandi. 3, 67, 2 *Silanus* orandi -us (*nisi ad p. 644, 48sqq.*). 6, 11, 3 Messala Corvinus ... quasi -us exercendi. Amm. 16, 12, 57 nandi ... quosdam -os (*cf. p. 646, 19*). CE 712, 9 (*a. 553*) Florentinus ... -a iurandi pandens conloquia cunctis.

(III) *quas aliquis (aliquid) nondum temptavit, quibus non peritus (peritum), expertus (expertum) est*: Ⓐ *de rebus*: Hor. carm. 3, 2, 17 virtus repulsae -a sordidae. Lucan. 4, 683 ora *equorum* ... flectit frenorum -a virga. Calp. ecl. 1, 63 quies ... stricti -a ferri. Val. Fl. 1, 515 nube rigens ac -a ⌊rerum⌋ ... zona (⌊ ⌋ regum *codd.; cf. Kleywegt, comm. 2005, ad l.*). Stat. silv. 5, 2, 69 -a falcis silva comas tollit. Hil. trin. 10, 14 doloris -a membra *Christi* caeduntur. Avien. Arat. 115 -a signa *Vrsarum* salis nocturnique inscia casus. Prvd. cath. 9, 64 clausus aurium meatus et sonorum -us. 10, 79 lumina -a solis. *al.* Ⓑ *de animantibus eorumve animis sim.*: Sen. Ag. 354 coniunx candida tauri ... -a aratri, nullo collum signata iugo. 856 custos -us somni. Calp. ecl. 7, 41 -us auri sordida tecta, casas et sola mapalia nosti. Stat. Theb. 9, 684 -us armorum et primas tunc passus habenas venator ... equus. Qvint. inst. 1, 3, 12 aetas (*meton. pro mente infantis*) ... tum vel maxime formanda, cum simulandi -a est (*nisi ad l. 5sqq.; item c. gen. gerund.*: Prvd. cath. 2, 46 nos lucelli ac faenoris fandique prorsus -i, nec arte fortes bellica, te, Christe, solum novimus). Tac. ann. 4, 26, 2 perculsa gens, ⟨s⟩ed culpae -a (*nisi ad p. 644, 27 sqq.; cf. etiam p. 644, 65*). Paneg. 2, 28, 5 honorum ac principum -i et tantum inter suos clari nobiles. Ivvenc. 2, 111 pectora -a falsi virtutem puram servant (*sim. de cordibus*: Drac. laud. dei 1, 440 Sacr. Leon. 1284). Avien. orb. terr. 918 placidae mens -a vitae, ignorant flavae Cereris commercia. Veg. mil. 1, 3, 1 *rustica plebs* ⌊balnearum -a, deliciarum ignara⌋ (*om. quidam codd.; sim. de gente*: Prvd. cath. 5, 57 iam servitii -a pristini gens *Iudaica*). Leo M. serm. 74, 1 *Christus,* qui peccati erat -us ([*cf. II Cor. 5, 21*]. Sacr. Leon. 1260). *al.*

**c** *abl.*: Ven. Fort. Mart. praef. II 26 *nauta rudis* gubernaculum amittens ... pondere victus aquae -us arte iacet (*cf. Meneghetti, Didaskaleion 6, 1917, 98*). Leander reg. praef. 49 (*loco corrupto*) his malis virgo -a.

**2** *sequitur struct. verbalis*: **a** *enunt. interrog.*: **α** *simplex* (*huc pertinet p. 646, 44*): Rhet. Her. 1, 6, 10 non sumus -i, quibus rebus fides fieri soleat (3, 15, 27 n. sum -us, quantum susceperim negotii. Cic. Sull. 28 n. sum -us, quanto periculo vivam. fam. 13, 7, 1 n. sum -us, et quae temporum ratio et quae tua potestas sit. *sim. in enunt. negativis*: fam. 5, 12, 2 neque ... eram -us, quantis oneribus premerere. Tac. ann. 2, 55, 3 Germanicum ... haud -um, quibus insectationibus petitus foret). Ov. epist. 11, 47 -a, quae faceret subitos mihi causa dolores. met. 2, 869 *Europa* ausa est ... -a, quem premeret, tergo considere tauri. 9, 49 armenta ... -a, quem maneat tanti victoria regni. 9, 155 ignaro ... Lichae, ⌊quid tradat⌋, -a luctus ipsa suos tradit *Deianeira* (⌊ ⌋ ἀπὸ κοινοῦ). 14, 3 arva ... Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri, -a (*cf. l. 19*). Lucan. 7, 191 Romanus ... Emathiis quid perdat -us arvis. Val. Fl. 6, 45 *Anausis* -us ..., quanti thalamos ascendere monstri, *i. Medeae,* arserit atque urbes maneat qui terror Achaeas. Sil. 4, 702 *Hannibal* -us ..., quanto superi maiora moverent et quos Ausoniae luctus, Thrasymenne, parares. Stat. Theb. 11, 595 cunctatur -a virgo, *i. Antigone,* quid paret *Oedipus.* Ivl. Val. 1, 14 l. 392 -us, quae te impenderent humi. *al.* **β** *disiunctiva*: Ov. met. 1, 578 conveniunt ... popularia flumina ... -a, gratentur consolenturne parentem, *i. Peneum.*

**b** *acc. c. inf.*: **α** *in enunt. negativis*: Cic. Deiot. 8 (*ad Caesarem*) iratum te regi Deiotaro fuisse non erant -i ([*postea*: meminerant]. de orat. 1, 45 [*loq. Crassus*] n. sum ... -us, Scaevola, ista [*sc. opiniones tuas*] inter Graecos dici et disceptari solere. fin. 1, 1 n. eram -us, Brute, ... fore ut hic noster labor in varias reprehensiones incurreret. Att. 16, 15, 2 quo facto n. sum -us sponsores liberari. Liv. 43, 13, 1 Tac. ann. 4, 32, 1 Apvl. apol. 76, 3. 95, 1. *al.*). fin. 5, 51 nec ... sum -us esse utilitatem in historia, non modo voluptatem (Apvl. apol. 65, 1 mund. 4 p. 296. Hil. trin. 7, 3 non ego ... navem e portu solvo naufragii ignarus neque iter ineo infestos -us latronibus saltus *esse*). Liv. 27, 7, 5 haud ⌊-us⌋ quosdam esse, qui anno insequenti captam *Carthaginem* tradiderint ([⌊ ⌋ segnius *cod. unus*]. Tac. ann. 15, 68, 3). **β** *cetera exempla*: Tib. 1, 8, 72 -us ultorem post caput esse deum. Prop. 4, 4, 68 *Tarpeia* -a ⌊se furiis⌋ accubuisse novis (⌊ ⌋ *coni. Brix,* nefariis *codd.; v. etiam Kershaw, Mnemosyne 44, 1991, 428sqq.*). Ov. ars 2, 50 *Icarus* -us haec umeris arma parata *esse* suis. met. 7, 380 genetrix Hyrie ⌊servari⌋ -a, *sc. Cycnum filium* (⌊ ⌋ -tum *codd. plerique, fort. recte,* -ti *edd. vet.*). 12, 1 -us adsumptis Priamus pater Aesacon alis vivere. fast. 3, 874. Val. Fl. 4, 709 *Iason montes* imperio fixos Iovis aeternumque revinctos *esse* -us. Apvl. mund. 4 p. 296 -i omnem hanc terrenam inmensitatem Atlantici maris ambitu coerceri (*gr. 392b21* ἀγνοῶν). *al.*

**c** *inf.*: **α** *act. vel depon.* (*cf. p. 645, 5sqq.*): Verg. georg. 2, 467 *agricolis* secura quies et -a fallere vita ... non absunt (*item de rebus*: Prop. 1, 16, 20 *ianua* -a furtivas reddere ... preces. Lucan. 1, 144 -a virtus stare loco. *al.*). 4, 470 -a ... humanis precibus mansuescere corda (Sil. 10, 491 m. corda -a). Aen. 10, 501 -a mens hominum ⌊fati sortisque futurae⌋ et servare modum (⌊ ⌋ *ad p. 644, 42sqq.*). Hor. sat. 2, 3, 109 qui discrepat istis, qui nummos aurumque recondit, -us uti conpositis? carm. 1, 6, 6 gravem Pelidae stomachum cedere -i (Svlp. Sev. epist. 3, 13). 4, 6, 18 -os fari pueros (Porph. id est: infantes περιφραστικῶς). Prop. 4, 1, 76 vates -us aerata signa movere pila. Ov. epist. 12, 49 lumina custodis, *i. draconis,* succumbere -a somno (*cf. p. 645, 20*). Pers. 5, 101 certo compescere puncto -us examen. Sil. 2, 653 miserescere -us hostis. 4, 714 pelagi rudis et pontum tractare per artem -us. 5, 490. 10, 216. Ivv. 11, 100 rudis et Graias mirari -us artes ... miles. Ambr. spir. 2, 5, 39 Iesus ... mori ipse -us (Inscr. christ. urb. Rom. 18944 [*saec. IV ex./V in.*]. CE 1376, 6 [*a. 554/5*]). Heges. 4, 15, 2 p. 264, 8 fuere etiam, qui nare -i (*antea*: nandi indoctus; *cf. p. 645, 7*). *al.* **β** *pass.* (*hic illic fere pro adi. formato de praeverbio* in- *et suffixo* -bilis, *v. e. g. l. 25. 27. 30; de inf. usu cf. Hofmann-Szantyr 350sq.*): Verg. Aen. 12, 527 rumpuntur -a vinci pectora, *sc. Aeneae et Turni* (Ov. Pont. 2, 9, 45 v. -us armis. Sil. 3, 548 -a v. ... glacies). Sen. Phaedr. 801 caesaries -a colligi. Lucan. 1, 17 bruma rigens ac -a vere remitti. Sil. 4, 83 stagna ... turbari -a. Ivv. 13, 240 natura ... mutari -a (*i. immutabilis*). Arnob. nat. 2, 41 *animae* feritatis adfectibus -ae commoveri. Avien. Arat. 1643 cingula -a solvi (*i. insolubilia*). Heges. 3, 26, 2 p. 235, 19 arctoas nuces et dactylos nisi locis ferventioribus generari -os. Prvd. c. Symm. 1, 352 flecti -a lora (2, 849 Ennod. dict. 1, 16 p. 427, 25). Ivlian. in Am. 4, 1 l. 32 violari -a sanctitate (*i. inviolabili; cf.* Pomer. 3, 13 caritas est ... voluntas ... corrumpi -a). Ennod. epist. 2, 7, 1 p. 46, 11 teneri -us ... adfectus (carm. 1, 17, 6 virtus t. -a semper est). Boeth. cons. 5, 3, 5 -a falli providentia divina.

**d** *enunt. secund. c.* quod *sim.*: Clavd. Don. Aen. 4, 635 p. 412, 12 nutrix ... -a, q. illa *Dido* malis suis mortis remedio fuisset terminum quaesitura. Serv. auct. Aen. 4, 72 *v. l. 54.* Heges. 1, 41, 9 p. 98, 27 securus victoriae, -us, q. in huiusmodi iudicio aerumnior esset, qui vinceret, quam illi, qui tam acerbe addicerentur. Cael. Avr. acut. 1, 15, 140 quomodo (3, 6, 63). 1, 16, 164 quia. 3, 4, 27 -us ..., q. in plerisque declinatio post quinque dies vel sex adveniat. 3, 16, 133. chron. 1, 5, 173 quoniam (2, 4, 83). 3, 4, 61.

**3** *pendet praepos.*: Ov. epist. 16, 142 (*Paris Helenae*) magna ... de te rumor praeconia fecit nullaque de facie -a terra tua est. Avg. conf. 3, 7, 13 (*c. struct. duplici, v. p. 645, 38sqq.*) tamquam si quis -us in armamentis, quid cui membro accommodatum sit.

**B** *absolute* (*quid nesciatur, saepe suppleri potest*; -us *pro subst. p. 647, 2. 24sq. 31sqq.*): **1** *de eo, qui (quod) non conscius (conscium) est, non animadvertit, sentit, quod accidit, evenit, factum est sim.*: **a** *quolibet contextu*: **α** *de animantibus eorumve animis sim.* (*de partibus corporis p. 647, 6*): Cic. Font. 2 ne forte sis -us et istas tabulas existumes ⟨a⟩d ⟨diversam v⟩e⟨te⟩ris ⟨ae⟩ris alieni rationem pertinere (Att. 15, 11, 4). Verg. Aen. 4, 72 *cervam* procul incautam nemora inter Cresia fixit pastor agens telis liquitque volatile ferrum -us (*vix vi pass., cf. enim* Serv. auct. *ad l.* aut -us, quod ferierit, aut ignoratus et latens ...; quidam '-us' ad Aeneam referunt, qui nescit amore suo vulneratam reginam. Serv. Aen. 10, 706 -us pro 'qui nesciebatur'. Gloss.[L] I Ansil. ne 427 -us: qui nesci[e]tur, id est a cerva ignoratur). 9, 552 fera ... contra tela furit seseque haut -a morti inicit (*sim. respic. mors imminens*: Stat. Theb. 10, 316 *Hebrus* -us ... rapitur fatis). Prop. 1, 20, 41 *Hylas* formosis incumbens -us undis. Ov. am. 3, 14, 29 sine, -us errem (met. 14, 131 neu -us erres. *cf. p. 644, 57. 647, 20. 34sq.; sim.* epist. 16, 17 ego divino monitu, ne -a pecces, advehor). met. 2, 58 sors tua mortalis: non est mortale, quod optas; plus etiam, quam quod superis contingere fas sit, -us adfectas. 2, 503 *Arcas* -us extimuit (*496* proles ignara parentis). Pont. 2, 7, 12 saepe canem longe visum fugit agna lupumque credit, et ipsa suam -a vitat opem. Calp. ecl. 2, 87 primi ... sequor vestigia floris -us. Val. Fl. 3, 188 accessere ... tenebris fallacibus acti Tyndaridae in sese; Castor prius ibat in ictus -us. 6, 587 *Medea* his germanam adgreditur, ceu -a, dictis (*sc. Iasonem non cognoscens*). 7, 80 *Medea* contremuit ... metu, ⟨ne⟩ -us audeat hospes, *i. Iason,* seque miser ne posse putet. Sil. 12, 101 *Daedalus* -us ... planctu duxit moderante volatus. Tac. hist. 4, 37, 3 dispersos et -os miles noster invaserat. ann. 4, 50, 4 Turesis sua cum manu noctem opperitur haud -o duce nostro (*sim. in abl. absol.*: 14, 44, 1 omnibus -is. Paneg. 2, 31, 2 legionibus -is. Arnob. nat. 2, 54 ignaro ac -o [inscio *e coni. dub.; v. Axelson, Textkrit. zu Flor., Min. Fel. und Arnob., 1944, 58sq.*]. 5, 2 p. 250, 11. *cf.*

[Meusel]

*l. 13sqq.*). 6, 50, 5 se quisque maestum aut -um fingere. 13, 16, 3 (*pro subst.*) *Nero* -o similis. 15, 4, 1 *Monaeses* non ... -um aut incautum Tigranen offendit. APVL. met. 8, 2, 6 *Thrasyllus* in profundam ruinam cupidinis sese paulatim -us praecipitaverat. 10, 23, 5 oppido verebatur, ne quo casu caloris iuvenalis impetu lapsus -us *frater* -am sororem incurreret. *al.* *de partibus corporis*: SIL. 4, 212 *manus* dum ... micans tremulo conatu lora retemptat, flectentem assuetos imitatur -a frenos. CARM. de resurr. 382 -a lumina solvat ultimus ille dies. **β** *de rebus*: PS. QVINT. decl. 10, 13 primum confitere simpliciter, an soporis pondus illud et -ae quietis vanitas fuerit. IVVENC. 3, 412 (*spectat ad Matth. 18, 12*) unam *ovem* cum forte seorsum -us error habet.

**b** *in rebus iudicialibus*: COD. Theod. 4, 8, 6, 3 qui ... memoria firma venditioni post factae non -us innectitur. 16, 6, 4, 1 his -is ... agitatum huiusmodi facinus conprobatur (*item in abl. absol.*: LEX Visig. 4, 4, 2 tit. consciis vel -is dominis [*syn.* ipsis insciis]).

**2** *de eo, qui (quod) non novit naturam alicuius rei* (*fort. huc p. 643, 42*): **a** *generatim de hominibus eorumve membris* (*sc. l. 18. 25*): TIB. 1, 7, 38 *vinum* movit ... ad certos -a membra modos. OV. am. 1, 13, 12 ante tuos ortus (*sc. Aurorae*) melius sua sidera servat navita nec media ⌊-us errat⌋ aqua (⌊ ⌋ nescit an erret *fere trad.*). COLVM. 1 praef. 12 *vilicum* si -um, certe vigoris experrecti, quo celerius, quod ignoret, addiscat (*opp.* peritissimum). STAT. Theb. 3, 30 *gubernator* caecas sequitur iam -us undas (*opp. 24* nec rudis undarum). TAC. ann. 1, 63, 2 *cohortes* trudebantur ... in paludem gnaram vincentibus, iniquam -is (*pro subst. ut*: ARNOB. nat. 3, 22 qui aliquam subicit ignaro ac -o disciplinam). 16, 5, 1 cum manibus -is fatiscerent (*sc. plaudendi; opp.* gnaros). EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 7 ut vos ad occulta miracula maximae huius civitatis, ⌊utpote -os, introducam⌋ (*gr. p. 117$^{C}$ ξεναγήσω, sc. -us praeverbium ξεν- vertere vid.; cf. p. 643, 60sqq.*). GREG. M. dial. 2 praef. 1 *Benedictus* recessit ... scienter -us et sapienter indoctus. **b** *apud Christ. respicitur is, qui nescit doctrinam vel veritatem christianam (exempla potiora)*: *pro subst.*: ARNOB. nat. 1, 53 o -i (*item vocat.*: 2, 5). EVSEB. GALLIC. hom. 43, 5 l. 86 quid ego de his occultis loquor, quae ... venenato -os et ignaros dente percutiunt? *pro adi.*: COMM. instr. 1, 26, 8 -us si primum errasti, respice canum (1, 33, 2 ego, qui moneo, idem fui -us errans. *cf. p. 646, 62*).

**nesi** *v.* nisi. *Meusel.*

**nespila** GLOSS. III 88, 21 *et* **nespula** GLOSS. III 562, 47 *formas vulgares pro* mespila *v. vol. VIII 854, 79sq. 855, 3.*

**nessa** *pro* nossa, *sc.* nautea, *v. p. 255, 67.* **ness(c)io** *v.* nescio.

**1. nession** *n.*, νέσσιον (*a* Νέσσος), *quod gr. alibi non legitur.* *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 34 l. 17 a Graecis dicitur centauria maior, alii -n, ... Itali fel terrae *eqs.* (ne(s)cion *var. ll.; inde* GLOSS. III 570, 18 nescion i(d est) c. m.).

**2. nession** *subst. vix recte trad. in serie avium rapacium* POL. SILV. chron. I p. 543, 16 orsifragis (*i.* ossifragus). ⌊-n. eumorfus⌋. (h)ali(a)etus (⌊ ⌋ *subestne Arist. hist. anim. 618b25* νηττοφόνος καὶ μορφνός? *v. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 109 et Capponi, Ornithologia lat., 1979, 345*).

**nēssotrophīon** (-ion*?*) *et* **nēssotrophium,** -ī *n.*, νησσοτροφεῖον (*minus probabiliter* -φιον), *quod gr. alibi non legitur.* *scrib.* nosso- *in parte codd.* COLVM.

*i. q. locus alendis anatibus aptus*: VARRO rust. 3, 11, 1 qui ... volunt greges anatium habere ac constituere -on (COLVM. 8, 15, 7 -um). COLVM. 8, 15, 1 -i cura. 8, 15, 2 media ... parte -i lacus defoditur.

**nester** *v.* noster. **nēsteuīn** *v. l. 74.*

**nestigan thigius** (-gio). *formula iuris composita vocibus germ. formationis parum certae fortasse actionem obstringendi sim. significantibus; profertur formula in iudicio ad exigendas pecunias debitas constituto* (*cf. Schmidt-Wiegand, Stammesrecht und Volkssprache, 1991, 79sq. 220sqq.*): LEX Sal. Merov. 50, 2 *actor* sic -n thigius mallare debet: 'rogo te, thungine (*i. iudex*), ut -n thigius gasachio (*i. adversario*) meo illo, qui mihi ... debitum debet'; ... tunc thunginus dicere debet: '-n thigio ego illum in hoc, quod lex Salica habet' (*trad. formis depravatis* nexti cantichius [-chus, -gyus, -gium], nexte gantichio, nestiganti huius, *sim. al.*).

**nēstis,** *acc.* -in, *abl.* -ide *f.*, νῆστις. *scribitur* nist- *l. 67sq.; formae depravatae: acc.* -en *l. 71,* nescian *l. 70; v. et l. 67. 72.* *de notione* (*cf. l. 70sqq.*): PS. SORAN. quaest. med. cod. Lincol. 21, 1 quid est ⌊νῆστις⌋ intestinum? ⌊νῆστις⌋ ieiunum dicitur intestinum ([⌊ ⌋ niste *cod.*]. AGNELL. in Galen. sect. p. 134, 27 nistis, qui dicitur ieiunus).

*i. q. intestinum ieiunum* (*cf. l. 67*): VINDIC. gyn. rec. D p. 441 intestinum, quod Greci ⌊nescian⌋ vocant (⌊ ⌋ *cf.* rec. P *ibid.* nescia; *aliter rec. L p. 440* tilonnicium [*falso irrepsit pro* rec. L p. 442 Greci nesten dicunt*?*], rec. Ba l. 171 tesmon, Li l. 180 veston. *item fere* CAEL. AVR. chron. 4, 4, 80 intestinum, quod Graeci -in vocant). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 11 -ide paralysi vitiata et typhlo ⟨en⟩tero (*postea*: videntur *haec intestina* ... nesteuin, *i.* νηστεύειν, cum naturam servaverint). 4, 6, 86 in tenuissimis intestinis, ut pyloro, -ide (-idi *trad.; cf.* 5, 10, 101 ex pyloro vel -ide aut tenerioribus intestinis). 5, 10, 100 *si* in -ide fuerit collectio.

*?***nēta** *v. vol. IX 2, 485, 61.* **netcos** *v. ?*naetcos.

※**nētē,** -ēs *f.*, νήτη (*sc.* χορδή. *cf.* BOETH. mus. 1, 20 p. 206, 25 septima *chorda* ... dicitur -e, quasi neate, id est inferior). *trad. litteris gr.* MART. CAP. 9, 931 -η ..., id est ultima (*ita ter*). *numero sing. formae exhibentur gr., sc. nom.* -e *et acc.* -en *passim, gen.* -es *l. 19. 38. al., dat. vel abl.* -e *l. 27. 50. al., plur. ambiguae vel lat., v. l. 16. 21. 25 et sub 2b.* *de notione*: SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 8 quae *vox* in tetrachordo ima est; haec eadem -e a musicis dicitur (*cf. l. 5*). GLOSS.$^{L}$ I Ansil. NE 435 net[h]e: c⟨h⟩orda ultima (*cf. l. 6*). *legitur inde a* VITR. *apud auctores rem musicam tractantes praeter* AVSON. *l. 20, saepe apud* BOETH. [*aetatis recentioris est appellatio digiti minimi in addit. spurio* APVL. met. 10, 21, 1.]

*t. t. musicae de chorda lyrae extrema, ima eiusque sono acuto* (*subiunximus notiones deflexas l. 28. 55. 59*): **1** *generatim*: VITR. 6, 1, 7 *meridianis regionibus degentes* gentes paranetarum ⟨netarum⟩que acutissimam sonitus vocis perficiunt tenuitatem *in loquendo.* CHALC. comm. 40 extimarum fidium, *i. chordarum,* limites, gravissimae hypates et acutissimae -es (*cf.* 44 quarum *chordarum octo* princeps erat hypate ..., ultima vero -e acutum edens sonum). AVSON. Mos. 391 conde, Musa, chelyn pulsis extremo carmine ⌊-is⌋ (*plur. poet. an laxius de quibuslibet chordis?* [*cf. var. l.* nervis]). SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 8 quinta chorda -e dicitur. FAV. EVL. 26, 5 ut acuto Zodiacus circulus, gravi Lunaris – illudque dicatur -e, hoc hypate – sono Dorio moveatur (*sec. Cic. rep. 6, 18; aliter l. 53*). MACR. somn. 2, 4, 11 -as et hypatas aliarumque fidium vocabula percurrere. BOETH. mus. 1, 20 p. 206, 25sqq. *in lyra septem chordarum* septima ... dicitur -e ...; (28) paramese vero, quoniam tertia est a -e, ... *etiam* trite nuncupatur. *al. apud eundem.* *adhibetur ad appellandam Musam quandam* (*cf. Plut. quaest. conv. 9, 14, 3sq. p. 744$^{C}$. 745$^{B}$*): PS. CENS. frg. 12, 3 organum quondam habuit tres intentiones: gravem, mediam et acutam; inde Musae ... tres olim existimatae: Hypate, Mese, -e.

**2** *speciatim respicitur sonus quorundam tetrachordorum proprius* (*notas musicas -arum exhibet* BOETH. mus. 4, 3 sq., *e. g.* p. 311, 2. 314, 6): **a** *sing.*: VITR. 5, 4, 5 (*enumerantur sonitus stantes vel immobiles*) proslambanomenos, ... -e ⌊synemmene⌋, paramese, -e ⌊diezeugmene⌋, -e hyperbolaeon ([⌊ ⌋ *trad.,* -menon *Iocundus; v. ed. Saliou, 2009, ad l.*]. 5, 5, 2 ad -en h. sonantia *vasa.* MART. CAP. 9, 931 -η ὑ. BOETH. mus. 4, 7 p. 323, 12 est ... spatium -es diezeugmenon et -es h. duorum tonorum ac semitonii. *al.; de eadem*: MART. CAP. 9, 962 *pentachordum quoddam* in -en excellentium terminatur). *ibid.* ad -en ⌊diezeugmenen⌋ *sonantia* (⌊ ⌋ *Saliou sec. l. 35,* -menon *Iocundus,* synemmenu *sim. codd. contra rem*). *ibid.* ad -en ⌊synemmenu⌋, *sc. tetrachordi* (⌊ ⌋ *trad.,* -menon *Iocundus*). PS. CENS. frg. 12, 3 (*in serie sonorum lacunosa*) -e synemmenon, paranete diezeugmenon, ⟨-e diezeugmenon⟩ (MART. CAP. 9, 931 -η σ. BOETH. mus. 1, 20 p. 210, 27. *al., cf. l. 35. 42; de eadem*: MART. CAP. 9, 961 in -en coniunctarum). MART. CAP. 9, 931 -η διεζευγμένων, id est ultima divisarum (BOETH. mus. 1, 20 p. 212, 4 -e d. ad -en hyperbolaeon quartam facit diatessaron consonantiam. *al., cf. l. 35. 38. 40. 44; de eadem*: MART. CAP. 9, 954 in -en divisarum [9, 962]. 9, 961 separatarum). BOETH. mus. 1, 20 p. 211, 1 in ... *decem vel undecim chordarum* dispositione mese ... ⌊-e⌋ proxima accedit ... nec proprium retinet locum (⌊ ⌋ *sc. vel synnemenon vel diezeugmenon*). 1, 27 p. 219, 11 paraneten synemmenon Mercurius regit; -e autem lunaris circuli tenet exemplum (*aliter l. 23*). *al.* **b** *plur.*: BOETH. mus. 1, 20 p. 209, 25 inter hoc meson tetrachordum et inferius, quod est ⌊-arum⌋, disiunctio est (⌊ ⌋ *comprehenduntur omnes soni huius tetrachordi, sc. infimi diazeugmenon*). p. 211, 4 -as superius collocatas (*sc. diezeugmenon et synemmenon; eodem usu plur. communi* 4, 17 p. 345, 19. 22). mus. 4 capp. 6 monochordi -arum hyperbolaeon per tria genera partitio (*i. per breviloquentiam quandam id, quod plene ponitur* 4, 6 p. 320, 10 trium generum, *sc. diatonici, chromatici, enarmonii,* ... tetrachorda a -e hyperbolaeon inchoantia. *sim.* 4 capp. 8 sq.).

**netila** *v.* nitela.

**nētoīdēs** *adi.*, νητοειδής. *t. t. musicae, i. q. praeditus netarum sonis, sc. acutis*: MART. CAP. 9, 965 melopoeiae species sunt III: ὑπατοειδής, μεσοειδής, -ής (*item fere, sed litteris lat.* 9, 966 h. ..., m. ..., -es). *ibid.* -ής, quae et νομική consuevit vocari, quae plures sonos ex ultimis recipit (*cf. l. 6. 19*).

**nētōrium,** (-ī) *n.* *a* nere. *i. q. instrumentum nendi, fusus*: GLOSS. -um (netorsum *trad.*): fusum, fusile. GLOSS.$^{L}$ Corp. N 108 -um (ni- *cod.*): spinil (*anglosax.; cf.* F *378* fusum: spinel). *Bk.*

**nētrix,** (-īcis) *f.* *a* nere. *i. quae net: v. vol. II 1501, 27sqq.*

**[netropolis** *v.* necro-.**]**

**nētūra,** -ae *f.* *a* nere. *de eo, quod nendo efficitur*: VET. LAT. Sirach 6, 31 decor ... vitae est in illa *stola gloriae* et vincula illius -a salutaris (*gr.* κλῶσμα, tecturae *cod. H,* nectura, nexura, adligatura *sim.*

[M.H.]